

Libb. gravet. & antiz...
in Octavo

N. 38.

maxime ubi
volumen videtur
sh...
ad...

...
...
...
...
...



6
 **COMPEN**

DIARIA CONSCRIBENDARUM
EPISTOLARVM RATIO IN

gratiam adolescentum studiosorum à

CHRISTOPHORO Hegen

dorphino & cōscripta & recens

edita.

ADLECTOREM.

Illam damus rudibus, doctos nihil illa iuuabūt.

Si rudibus profum, meta peracta mea est.

LIPSIAE, ANNO

M. D. XXXI.

DE COMPTIBUS

DIARIA CONSISTENTIBUS

EPISTOLA DE VITAE IN

GENIUM DE VITAE IN

CHRISTO PHOTODUCTIONE

DE VITAE IN

edit.

ADLECTORUM

IN VITAE IN

DE VITAE IN

EPISTOLA DE VITAE

M. D. XLII



CHRISTOPHORVS Hegendorphinus,
Matthiꝯ lango Dantisco.
S. D. P.



MISIMVS ANTE AN
nos aliq̄t, mi Matthia methodū
quandā, cōscribendarū episto-
larum, in qua veluti, per transe-
miam, ut in puerbio est, locos
epistolarum, commonstrauimus. Verū, quia,
methodus illa & admodum breuis & admo-
dum obscura est, tū propter p̄ceptorum ob-
scuritatem tum propter exemplorum raritatē
ego, rogatu quorundam Iuuenum, istā & la-
ciorem & planiorem rationem scribendi epi-
stolas, conscripsi, in qua preter p̄cepta popula-
ri⁹ quā ante hac tractata, etiā exempla episto-
larū oīs generis adduximus, e quibus utrisq̄,
Iuuentus, ut spero, facile ductum, quē in epi-
stolis cōscribendis sequat̄, habere poterit. Et
quamuis, hac de re, Erasmus ille eruditissimo-
rū uirorū phenix, satis copiose, satis diserte, sa-
tis popularit̄, scripsit, tñ q̄a, pleriq̄ Iuuenes, uti
ante dixi, me, ut q̄q̄ hac de re aliquid cōscri-
berē, rogarunt, ego illis, deesse nolui. Cogitans
ex isto meo libello iuuentutem forsitam,

A ij

& da

et ad legenda Erasmica proniorem fore et ad
intelligendum Erasmi, librum à me p̄paratū
iri. Tibi, mi Matthia, q̄cquid est libelli dicat̄,
Tū q̄d tibi scripturiēti epistolas nō iūtilis futu
rus est Tum ut mei erga te amoris, uelut *μνησθε
βουβον* habeas. Paruū quidē est, quod a me ac
cipis, sed quia animo a me prorsus amico tibi
defertur & quia studijs tuis nō parum prode
rit, q̄ ore, qua frōte id repudiare, poteris? Sed
quid hec apud te? Tu mi Matthia, Fac in bo
nas litteras, diligenter, vti cepisti, incumbas.

De te, vti scis, expectatio incredibilis
apud multos parata est, quam hac vel vna re
superabis, si hoc constitueris, tibi in ijs artibus,
quibus & magnus ad laudem paratur aditus,
& expectationi hominum respondetur, de
sudandum esse, vt cū maxime, Te plu
ribus monerem, nisi me memorem monere sa
tis certo scirem, et hoc quod iam facio, non fe
ci, accendendi tui gracia, sed declarāde bene
uolencię meę, Vale.





CICERO ILLE LOQV

*Prætorum
Dialectis*

encię parens in libro officiorum primo omnē, quę rite de aliqua re instituitur, disputationē a finitione proficisci debere, scribit, Iam cum nos disputationem quandam de ratione conscribendarum epistolarum ingressuri sumus, non in epte, quid nā epistola sit, a nobis dicetur

QVID EPISTOLA.

Epistola est scriptū amici absentis ad amicum absentem, de re aliqua differens.

*Definitio
Epistolę*

VNDE DICTA SIT EPISTOLA.

Epistola dicitur a verbo greco ἐπιστάω i' emitto, cuius perfectum preteritum medium est ἐπέσολα, emissi. Inde nomē verbale ἐπισολή. i. scriptum quoddam ab aliquo ad aliquem emissum.

*Brūnian
Expositio
nimirum*

QVOT GENERA EPISTOLARVM SINT.

Ne longa epistolarum diuisione pueris rudibus, quibus hunc laborem nostrum dicamus, molesti simus, epistolas in tria genera diuidemus, Nimirum demonstratiuum, deliberatiuum, iudiciale.

QVID DEMONSTRATIVVM GE-

A iij

mus

NVS EPISTOLE ET QVOT EIVS
SPECIES.

Demonstratiuum genus epistole dicitur in quo personarum, rerum, factorum, vel Laudes vel vituperia, non secus demonstrantur atq; res aliquę in tabula demonstrari possunt, Alio nomine, a parte meliore, Laudatorum dicitur.

SPECIES EIVS SVNT.

Epistola Laudatoria vel Vituperatoria personarum, rerum, Factorum.

RATIO EXORDIORVM IN EPISTOLIS LAVDATORIS VEL VITUPERATORIS PERSONARVM.

In hoc genere epistolę exordiri licet ab eius persona de quo scripturi sumus, si Laudabimus, Hoc modo, Nos magnum onus in nos recepisse, vt qui illum laudare velimus, cuius laus maior sit, quam vt ab vlllo, ingenio quamuis foelici tractari, eloquentia, quamuis magna explicari, possit. Si Vituperabimus hoc modo, Nobis dolori esse quod nec ingenio abundemus tanto, nec facultate dicendi preediti simus, tanta, quanta ad hominis istius improba facta amico exponenda, opus sit, Nam hominis illius, vitam sceleratam eloquentia nulla fatis

la satis explicari posse. Licebit & exordiri,
ab eius ad quē scribimus persona, dum Lauda
bimus hoc modo, nos non fugere, eum quem
laudandum suscepimus, amico notiozem ex
istere, quam vt oratione nostra innotescere
possit, tamē quando plerisque vifum sit, vt vir
ille a nobis laudetur, nos aliud facturos nihil
quam vt laudes viri illius adeo amico cognis
tas, repetamus:

Aut hoc modo, Multum referre ad vi
tam hominum recte Instituendam, habere vi
rum quendam, a quo recte viuendi exemplū
peti possit; Nam vt vitia hominum, ita & vir
tutes facile ab alijs exprimi. Proinde nos lau
dandum suscepisse, virum illum qui ad recte
beneque viuendum amico nostro ceu dux &
auctor futurus sit.

Si vituperabimus, hoc modo exordie
mur, Nobis clam non esse illum, quem vitupe
raturi simus, amico non incognitum existere,
proinde nos pauca de eius vita sceleratissima
dicturos.

Vel hoc modo, quando probe sciamus,
amicum Thrasonis vitam prorsus ignorare,
proinde nos petere vt eam pressius cognosce
re velit.

A iij

Exor

*ut exordium vltimiffi-
m est de nostro officio
et rationem reddere
aut hanc rati-
onem suscipimus*

Exordiri & licebit ab officio nostro, vt
cum dicimus. Quando mihi cum Petro amici-
cia intercessit maxima, putavi officij mei esse,
illum oratione exprimere, vt quanta cum
illo mihi aliquandiu res fuerit cognoscas.

Alias exordiorum formulas in hoc epi-
stolarum genere & vsus & crebra autorū lec-
tio suppeditabit.

LAVDES ET VITUPERIA PERSONARVM VNDE PETANTVR.

generis demonstrationem Aut laudantur aut vituperantur homi-
nes ab imaginibus maiorum, vt, quod quis
preclaris maiorib⁹ natus, quod honestis parē-
tibus, ortus sit, quod probō genere dignam vi-
tam egerit, quod si quis humili genere natus
est, dicemus eum non tam maiorum imagi-
nibus, quam honestis virtutibus & studijs in-
clarefcere voluisse, & hec quidem in laude lo-
cum habent, In vituperio dicemus, aliquem,
honesto quidem loco ortum, sed a maioribus
suis prorsus degenerasse, Aut obscuro loco &
humili genere ortum, nec generis obscuritatē
vllis ornamentis animi illustrasse.

*Exemplum vnde in Arduo
vbi Lampyris vitam
describit*

A puericia, Vbi in laude educatio, In-
doles, alicuius laudabitur, In vituperio vitupe-
rabitur.

perabitur.

Ab adolescentia, hic studia quibus aliquis deditus fuit vel laudi, si honesta, vel vitio si turpia erunt, dabimus.

A iuventa hic, latus campus de factis priuatis vel publicis dicendi aperietur.

A senectute, in qua quomodo quis se gesserit, demonstrabitur A morte, ut puta, qua morte quis occubuerit, pro qua re mortem optetierit.

Huc, adde bona externa cuiusmodi sunt, patria, diuicie, honores, potencia, amicitia, que si illis bene vsi sumus, laudem merentur, sin male, crimini dantur.

Adde & bona corporis, ut sunt vires, valetudo pro spera, agilitas, que etiam, prout vsurpata sunt, vel Laudari vel vituperari debent.

Porro tam laudes, quam vituperia personarum in quandam perpetuam narrationem redigemus, temporis ordine obseruato, nimirum ut primum quomodo puericia alicuius acta sit dicamus, deinde, quibus rebus adolescentiam dediderit aliquis commemoremus, & sic deinceps, Atque in hac narratione, bona iuxta incommoda vel externa vel corporis in loco addenda erunt.

A ▼ Exemplum

*... in compendioso ...
Epistolis adhiberi s; frequentius in alijs scripturis innotuit ...
multa optam ut apud ...
nisi exemplum ...
erat in vita ...
typographi*

EXEMPLVM LAVDIS.

*... ab ...
...
...*

maioribus

*...
...*

*...
...*

*...
...*

*...
...*

*Compendio
ratio*

Quamuis nō dubito, Petre charissime
quin tibi, ex longa nostra consuetudine, vita
Conradi nostri nuper vita hac functi p̄spectis
sima sit, tamen vt illius laudum recordatione,
voluptatem quandam percipias, ego mea epi
stola Conradi nostri, uitam non tam tibi nar
rare quā renouare volo parentibus honestis
simis Conradum nostrum ortum esse non ig
noras, a quorum probitate & integritate, quā
nō degenerarit, quid est quod tibi multis scri
bam? Quod vero non degenerarit prudens
parentum educatio, effecit, nam non opinior
te fugit quam sedulo vterque tam pater
quam mater, operam dederint, vt eum, quam
honestissime educarent. Conradus, pu
er, vt nosti, docilis, & memoria foelici pre
ditus, ea que a parentibus honeste vite
precepta hauriebat, & celeriter discebat
& diligenter conseruabat, Is vbi ex ephebis
excessisset, honesta literarum studia, adeo se
dulo amplectitur, vt veluti alter Theo
pompus ille Isocratis rhetoris discipulus, non
tam calcaribus quam frenis indigeret, Nec
ita diu ex honesto literarum studio huc pro
uehitur vt ludo literario apud lipsiā p̄ficere
e quo

non fecus ac exequo Troiano innumeros
eruditos discipulos emisit, Nec hac re con-
tentus, ipse suo ipsius sumptu scholam aliam
quādam erexit, cui ducētos ducatos legauit,
de quibus viri vtriusque lingue insigniter pe-
riti, stipendia ad erudiendam Iuuentutem, ac-
cipiant, Quam vero Conradus ille noster iu-^{A senectate}
cundam senectam egerit, tu optime scis, Nam
quamuis vir erat, valde confecto corpore, ta-
men nunquā non libros optimos quosque lec-
titabat, epistolas ad quam plurimos scribebat,
in conuiujs, iocis mira grauitate conditis nun-
quam nō vtebatur, vnde quoties quoties eru-
ditus aliquis vir, id quod nunquam non acci-
debat, huc ad nos veniebat, illico se ad Conra-
di nostri edes recipiebat, se beatum predicans
vbi ad Conradi nostri colloquiū admissus es-
set, vixit autem, vti scis, ad annos fere quinqua-
ginta, qui quamuis iam mortem obierit, tamē
relicta schola adeo bonarū arcium, alumna,
In omnium eruditorum memoria firmiter he-
ret, relictis duobis filijs In illis, si vti inceperūt
in studijs porro perrexerint, reuiuiscere vide-
bit̄, Hec ad te paucis ^{αὐτοσχεδίασις} libuit,
vt quem viuū vnice amasti, mortuū quoque
Laudib⁹ ei⁹ tibi epistola mea renouatis, amo-
re pro

re prosequeris. Vale.

EXEMPLVM VITVPERY.

Nisi satis certo scirem, Petrum tibi, in-
tus & in cute perspectum esse, illius vitā totā
verbofissime enarrarem. verum vt a me quā-
tus ille nebulo sit, leuiter tantum admoneare,
illius vitā paucis attingam. Genere vt scis
adeo obscuro natus est, vt mirū mihi videat̃
si quis sit in tota vrbe, qui ex genere obscurio
re prodierit, quomodo ille olim vixerit, qđ tibi
multis referā? Cū ipsemet satis scias eum a pu-
ero statim, pedagogo Iuueni perinde docto ac
pio cōmissum, nihil, nisi vapularet, fecisse, A-
dolescens factus mentiendi artem cum furādi
vt fieri solet, adeo probe copularat, vt in vtra-
q; Rosci⁹ dici posset, iam Iuuenis factus preter
quam quod omnia que vel a patre vel matre
accepit, nequiter prodegit, etiam turpi veneri
adeo ē dedit⁹, vt in tota vrbe null⁹ vnq; Iuue-
num hoc crimine magis nobilitat⁹ it Nūc ad
inopiam extremam redact⁹, nescio, quid cogi-
tet, aut sibi proponat, si probe Petrum noui, se
latronibus adiunget. Nam id genus hominū,
quod ganeis & scortis assueuit, rebus omnib⁹
effusis, quo Iure quacq; iniuriā pecuniā corra-
dere solet. Quid de eo ī senectā, Si modo eā at-
tigerit,

Car-
rio

Byng

Primi-
na

Adoles-
centia

Iuue-
na

Senect-
na

tigerit, sperandum sit, antea acta vite conditio
satis arguit. Etenim qui turpiter vivere per om-
nem assuevit vitam, qualis obsecro in senecta
evadere potest? Nosti illud Horatianum, quo
semel est imbuta recens servabit odorem testa-
diu, Nosti illud. In triuio iactatum morum, qui-
bus Iuuenes assueti sumus, nos senes egre de su-
escere posse. Vale.

Nemo miretur, me in exemplis episto-
larum, non omnibus locis, e quibus vel Laus
vel vituperium hauritur, vti. Nam id breuibus
exemplis, fieri non posset. Est vero nobis ratio
exemplis, quam potest fieri breuissimis, ductum
quendam epistolarum conscribendarum, rudibus
pueris ostendere, Tum aliorum locorum
exempla epistolae & Ciceronis & Plinij pluri-
ma suppeditabunt.

**RATIO TRACTANDI EPISTOLAM
VEL LAUDATORIAM VEL VITU-
PERATORIAM RERUM**

In hoc genere epistolarum exordia apte, a
rebus, quas aut laudare vel vituperare institu-
imus ducimus, Hoc modo. Te si unquam alias,
iam optare ut eloquentia tibi magna suppete-
ret, qua rem, de qua scripturus es, pro eo atque
decet, laudibus ornare possis, Et hoc quidem
in laude

In laude, In vituperio Hoc modo. Te quidem non rei de qua ad amicū scribas tractandę rudem esse, sed rei tantam esse maliciam, tantam obscenitatem vt epistola quamuis longa, quāuis eloquente explicari nequeat.

Occurrent & alij exordiorum loci, quos Iuuenis pro re, de qua scripturus est, facile cōminiscetur.

Ab exordio, ^{post exordium} In hoc genere epistolę, propositio quedam cōstituetur, in qua vel res de qua epistola instituta est, ostendetur, vel argumentorum ordo demonstrabitur. Hoc modo Ne vero amicus ignoret quęnā illa res sit, de qua ad eum scribere pares, te dicturum de religione, eloquentia. Aut ne autem frustra me ad te de hac re scribere putes, audi quā illa sit necessaria, vtilis, pia, factu facilis. Ceterū in epilogo argumēta aut breuiter repetere aut ad rem quam laudamus amicum hortari, Aut a re quā vituperam⁹, dehortari possum⁹ cum quadam amplificatione. Contraria in vituperio rei alicuius ad ferentur.

LOCI ARGVMEN-
TORVM HVIVS
EPISTOLę.

honestum

*Confirmatio
a philosophis
simonia*

*A testimonio
Christi*

*ita sententiam
Salomonis
vniuersum pro
peritia perit
perit*

philosophis auctoribus arcium & honestas & uis
litas ostenditur. Sed theologie finem esse
vitam eternam quis ignorat? Nam cur obse-
cro Theologie operadamus? Nonne ut ex il-
la, vitam eternam compendio, consequamur?
Etenim sic Christus apud Ioannem inquit, scru-
tamini scripturas, quia vos videmini vobis, in
ipsis vitam eternam habere, & ille sunt, que testi-
ficantur de me, nec vultis venire ad me, ut vi-
tam habeatis. Hactenus Christi verba retuli.
Quid vero vita eterna prestantius, quid hon-
esti? Et quamuis maxima theologie laus est,
quod ex illius studio, recta ad vitam eternam
per venimus. Tamen illa laus multo
maxima existit, quod sine Theologie stu-
dio homo in isto immundo mundo com-
mode vivere nequeat, Nam quantis er-
umnis vita nostra exposita sit, quotidie ex-
perimur iam fame premimur, iam timori-
bus in numeris obruimur iam alijs malis vex-
amur, In quibus, ut animo in fracto sim? ut non
frangamur, sine sacre Theologie lectione fieri
nequit nam nisi ex illa audiam?, & a deo mala
quanta cumque sint, tam nostre carni frenande
quam capiendo fidei periculo immitti, in qua
nisi legamus maxima pietate preditos viros,
malis

*Ab
Gom
no*

*Amer
sario*



malis quā plurimis pressos mala nostra equo
aio nō ferrem⁹ vnq̄, sed vel leuīt afficti pror⁹
sus animū despoderem⁹ preterea cū ita nobis
cum comparatum sit, vt sine varia dei offen-
sione vix viuere possimus. Qui vero deum
offendit, eternum interitum mereat, quinam
obsecro, in uita ista cōsistere possemus, ubi ua-
riarum offensionum dei memoria nobis refri-
catur, nisi e literarum sacrarum studio, deū of-
fensionibus nostris propter Christum placabi-
lem esse & propiciū disceremus? Taceo q̄d
aduersus p̄stigias aduersus diaboli varias tech-
nas nequaquam sufficere possem⁹ in hac vita,
nisi gladio spiritus, quod est verbum dei, in-
structi essemus. An non igitur, mi amice, in-
telligis, Theologia nobis cum primis opus es-
se, quod sine hac, in vita nostra subsistere non
queamus, Quam necessaria ars sit theologia,
opinor percipis, mox quam ad multa utilis sit
percipe Christiani est, Petro autore, vt fidei
sue rationem reddere possit. Quid enim
stultius, quam eius, quod fortiter asseueras, cui
tamquam anchorę inniteris rationem explica-
re posse nullam? At theologia, fons est, e quo
omnes fidei nostre rationes deriuare possum⁹
Nam hec fidem, de sancta triade liquido ostē-

B I

dit Hec

dit. Hec cur in Christo Ihesu omnis salus
nostra reponenda sit docet. Hec cur in ma-
lis non de statu, mentis, quod aiunt, deturbari
debeamus monstrat. Hec cur in aduersis non
spes deponenda sit, arguit. Hec cur mortē non
metuere, infernum nō reformidare, pctm̄ nō
exhorrere debeamus, declarat. O vtilem igi<sup>con-
silio</sup>
tur artem Theologiam, e qua, toti⁹ fidei nost-
re, rationem & nobis & alijs, si vsus postulet,
tam ex acte reddere possumus. Taceo hic
qd' nulla res est q̄ cōscientiā nostram adeo se-
renat, Et nos mortis tempore, quo maxima
pugna cum diabolo, peccatis, inferno depug-
nanda est, adeo animat atq; Theologia Nec^{Alfo}
est vlla ars Theologia facili^{er} siquidem Pau-
lus eam scientiam ^{a deo inspiratam} θεοπνευστην vocat.
Sit ergo animus hominis purus, simplex,
discendi cupidus, nec dubito quin spiritus do-
mini eū in penetralia dei perductur⁹ sit. Quid
vero magis pium esse potest, q̄ Theologie
operam impendere. Nam cū huic arti ope-
ram damus, cum deo colloquimur. Quid
vero magis pium colloquio dei esse queat?
Recte igitur, mi amice, oī factis q̄ mora remo-
ta, sedulo in eā artem incumbis exq̄, & quo-
modo ad vitam eternā puenias, quomodo in
vita

vita ista per omnia, quæ nos circumstant discrimina, prumpere queas, quomodo fidei tuæ rationem reddere possis, certissimo cōdiscas. Vale.

EXEMPLVM VITVPERY.

*Exordium ab ipso
terminationem
sui officij*

Quamuis res de qua tibi scripturus sū, maior est, quam vt oratione mea cōmode vi-

tuperari queat, tamen quādo in magnis & voluisse satis est, tu, opinor, boni consules, si quæ ad potero in rem de qua scribere institui calamū strinxero, sed ne diu te suspensum teneam, in

*Expro
fatio*

inuidiam scripturus sum, que quæ sit homine indigna vide. ^{maior} Homo ab humanitate, dictus est,

quod nulla virtus eque hominem deceat, atque humanitas & morum quædam ciuilitas ac dex

*Atromi
fatis*

teritas. ^{minor} Inuidia uero adeo ab omni humanitate aliena est, ut vix ab ulla re alienior existat. Inui

*Compi
manis inuicem*

dia enim cum nemini quam sibi bene uelit, nec aliorum prosperos successus ferre queat, neminem humanitate complectit, neminem humane alloquitur, de nemine humane loquitur.

^{Composita per Germanatid...} O vitium igitur quod bestias magis quæ homines decet. Et ut Inuidia homine indigna est, ita quoque malis in numeris referta existit.

Amalio

<sup>romi
munt in
hidiam</sup> Mala, quæ Inuidia secū adfert suauissimus poeta Ouidius in secundo transformationum, libro Lepidissimis versiculis complexus est.

B ij Pallor

Pallor in ore sedet, macies in corpore toto.
Nusquam recta acies, Liuent rubigine dentes.
Pectora felle virēt, Lingua est suffusa veneno.
Risus abest, nisi quem uisi foecere dolores.
Nec fruitur somno, vigilantibus excita curis.
Sed videt ingratus, intabescitque videndo
Successus hominum, carpitq; & carpitur vna.
Supplitiūque suū est.

An non ex his versibus, optime amice,
liquido intelligis quanto malorum comitatu
inuidia stipata sit? ^{μῆτε} ^{αὐτῶν} ^{τυχιῶν} βᾶλλ' εἰς κόρακας igitur hoc
malum Ad hec est malū valde impiū. Deus ^{Ab} ^{impri} ^{malis}
vult ut proximo nostro melius velimus quā
nobis ipsis. Notum est quid dicat Paulus Hic
adfect⁹ sit in vobis, qui est ni Ihesu Christo. re
liqua nosti. At Inuidia aliorum successus
egre fert, & sibi potius quam alijs bene esse ex
petit. Est igitur malum deo valde aduersa
rium. Si deo aduersarium, impiū igitur. Im
piū enim est quicquid deo aduersatur. Tum
vt pix si semel manib⁹ tuis inheserit egre auel
litur, ita vbi hoc mali semel te totū occuparit,
dictū mirum, quam difficulter abstrahi possit.
Proinde amicorum meorum maxime, si mihi ^{Epi} ^{Corin}
homini tibi peramico obtemperare vis, fac il
lud vitium adeo abominandū, homine indig
num, deo

maior est enim
ad auaritiam

Minor

conclusio

Pallor



nū, deo adeo aduersum, fugias ut quod maxime
ime • Vale •

Ad hoc gen^o epistolę referuntur descriptiones

Agrorum.

A situ, a fertilitate, a copia rerū, quas pducūt, a vicinitate loci cuiusdam ameni, acultoribus •

Domorum.

A situ, edifitiorum magnitudine, āplitudine, pulchritudine, amplitudine •

& Laudes

sumuntur,

Prediorū

A situ, vrbis vicinitate, copia rerum •

rusticorū.

A situ, principe, populo, repub. bona, uilitate an

Ciuitatū.

none, aeris salubritate edifitiorum elegantia •

Huc refer descriptiones rerum publicarum, vite priuatę, publice, rusticę, politicę, huc refer descriptiones fluminū, prouintiarū & rerum aliarum innumerarum, quarū oīm exempla quoniam infinite sunt, hic proferre non possum^o. Ex autoribus aliquarum rerum descriptiones proferem^o, ut Iuuent^o ad similia exempla obseruanda, acuatur.

B iij

Luculenta

Luculēta agri descriptio est apud Ver-
gilium libro aeneidos vndecimo.

Est antiquus ager, Thusco mihi proximus amni-
Longus in occasum, fines super usque sicanos
Aurunci, Rutulique ferunt, & vomere duros.
Exercēt colles atque horū asperrima pascūt, etc.

Vite rustice Laudem Idem Virgilius libro
Georgicorum secundo, lepidissimis versiculis com-
plexus est, quos hic adscripsissem nisi adeo multi
essent. Quare eos ex Poeta Iuuenis studiosus
requirat.

Porro, qui provincie alicuius Laudande ex-
emplum cupit is legat septimam Ciceronis in
Verrem actionem, & ibi Siciliam provinciam
a dignitate, vetustate, utilitate, Laudatam
comperiet.

Iuris prudentiam Laudat Crassus, eandem
Antonius vituperat apud M. T. Ciceronem
In libro de oratore primo.

Exempla aliarum rerum, ab alijs autoribus
vel grecis vel latinis laudatarum Iuventus dili-
genter obseruet & ad ea se inter scribendum
componat.

**RATIO TRACTANDI EPISTO-
LAM IN QVA ALIQVOD FAC-
TVM VEL LAVDATVR VEL
vituperatur**

quod representat supra in summa specie honeste p. in. n. v. l. v. m. v. m. l.

VITUPERATUR.

In hoc genere epistolarum exordiri possumus a facto quod aut Laudib⁹ prosequuturi aut vituperio persecuturi sumus, collatione aliorum factorum adhibita hoc modo. Inter facta que a viris multo retro seculis prestatissimis edita sunt. Hoc. N. factum & magnitudine, & prestantia, multo celeberrimum existere. Et hoc quidem in Laude. In vituperio vero sic. Multa apud veteres, facta turpia memorie prodita esse, sed nullum isto, quod Petr⁹ com misit, turpius inueniri, hic subiungende sunt ætiologie.

Exordiri etiam possumus & a Laude & vituperio persone, que aliquid fecit.

Exordiri etiam possumus, a populo, a prouintia, a Ciuitate, in qua factum aliquod editum est.

In Laude, Hoc modo, Diuina quadam prudentia accidere, quod in prouintia Hispania nunquam non facta egregia prestantur. Nam ut taceam alia facta, que in ista prouintia sunt edita, an non hoc uero merito Laudandum existit?

In vituperio, hoc modo. Nescio mi amice, qui fiat quod in ista Ciuitate etiam patrum

B iij nostrorum

nostra memoria nullum unquam memorabile facinus est datum. Et ne alia turpia facta comemmorem, An non uero hoc multo turpissimum, multo dignissimum est quod omnes eruditi calami mucrone petant?

Alias exordiorum formulas in hoc genere epistolarum, & crebra lectio oratorum, & usus sedulus, prebebit.

Ab exordio, Si factum amico incognitum est, narratione breui, dilucida, verisimili, commemorabitur, secundum narrationem Propositio quedam constituenda, hoc modo, Factum habes, quod quam sit honestum, utile pium, quoque accipe. In vituperio contraria dicemus, In Epilogo si factum Laudamus amicum nostrum ad illius imitationem hortari poterimus, Si vituperamus amicum a facto dehortabimur.

Loci Laudandi factum sunt iidem, qui sunt loci laudandi rem aliquam.

EXEMPLVM FACTI LAVDABILIS

Laudat amicus apud amicum, Carolum Imperatorem, quod cum rege Gallorum pacem conciliauerit.

Inter alias, quas deus opti. Max. Cesari Carolo Augusto, tribuit, foelicitates, hec non postrema est

ma est, quod pacē cū rege Gallorū cōciliauit,
Nam amicorum optime, quid honestius est,
quam duos potentissimos totius orbis monar-
chas, inter se concordēs viuere? Quid honesti-
us utrique, quam ad exemplum dei cuius vter-
que uices gerit, malle concordia inter suos quā
discordia? Quid vero magis necessariū, quid
utilius isto tēpore Carolus facere potuisset?
Scis, mi amice, quā inmani bello Turcarū Im-
perator Germaniā oppugnare conetur. Cui
quonāmodo resistere orbis poterit, nisi illi in-
ter se mutua concordia cōiuncti sint, qui in to-
to terrarū orbe, viri sunt potētissimi? Tum illa
concordia Caroli cum rege Gallorū inita alio-
rum principū cōcordia paritura est. Quis em̄
principum non vltro, si quam discordiam cū
aliquo principe habet depositurus est, quando
audit Carolū tam atroces cum rege Gallorū
inimicicias deposuisse? Illa vero mutua Caro-
li & regis Gallorum ac aliorū principum con-
cordia Dei Opt. Max. presidio nixa, facile isti
Turcarū Imperatori, Apro calydonio immas-
mori, obluētatura est, Notus est ille Homeri
versiculus, a nobis ita latinus factus, Res vali-
da est nimium virtus coniuncta virorum.

συνμφερτήδ' ἀρετή πέλει ἄνδρων καί μαλα λυγρῶν

B v

At quid

At quid magis pium Carol⁹ facere potuisset,
quam quod cū rege Gallorum, omniū iniuria-
rum quę vltro citroq; illatę sunt, αμνηστία
sanxerit: Imperatoris est, meminisse se dei vi-
cē gerere, ergo ei pro virili elaborandū est, vt
semp id qd' Deo gratissimū est faciat. At deo
nihil gratius mutua concordia, vt quam ipse
met precepit, Nota est illa vox Christi apud
Ioannē. Hoc est mandatū meum, vt diligatis
vos inuicē, Quid vero aliud est diligere nos in-
uicē, quam mutuā inter nos concordia alere?
mutuo amore inter nos exardescere? Nota ē
sententia Christi apud Mattheū, Si venis ad
altare, locus est tibi notus, O pium igitur Ca-
roli nostri Augusti factum, vt quod Deo gra-
tum est, vt quod maxime, Tuū erit mi amice
Caroli nostri exemplū memorabile, imitari &
cū omnib⁹, quibus cū hactenus non cōuenit ī
gratiam redire, Nam si Carolus iniurias adeo
magnas vltro remisit, curnō etiā tu, offensas,
si quib⁹ lesus es a proximo tuo, cupide remit-
tas? Vale amicorū charissime.

EXEMPLVM VITUPERII CVIVS-
dam facti, Vituperatur quidā, quod a
Christianorum castris ad Tur-
carū exercitū profugerit.

Nescio

Nescio quinā fiat, amicorum optime, quod
de Petro nulla vnquā bene scribendi ad te oc
casio mihi datur, Et vt alia quę cōmisit turpis
sima omittā, audi modo qđ designauerit. Cū,
vti scis Turcarum exercitus ad Viennam ca
stra posuisset. Petrus belli aduersus Turcā ge
rendi cupidus, patrem rogat, vt sibi equum, ar
ma emat, viaticū ad iter suppeditet, se in bellū
aduers⁹ Turcā profecturū esse, atq; ibi se vel
honeste moriturū, vel vita incolumi domū re
diturum, pater tam pio filij adfectu cōmotus,
ei, equum, arma comparat, viaticū & quidem
per magnū suppeditat, filius in bellum pro
ficiscitur, in quo dum aliquandiu egit, nescio
qua furia cōmotus, relictis Christianorum ca
stris, se Turcarū exercitui adiunxit, quo facto
quid turpius, quid & sibi et alijs inutilius, quid
magis impium esse potest? Quid enim turpi⁹
quā Christianū, ad illorum castra profugere,
qui nihil prius habēt, quā vt totus Christianis
m⁹ ita pereat, vt extrema faba, veluti in puer
bio est, perit. Quid vero sibi priuatim inutili⁹
facere potuisset. Nam vbi nō omnia, quę Tur
carum feritas postulat, foecerit, illico in eius In
gulo gladius Turcicus herebit. Publice vero
hoc incōmodauit, qđ periculū sit ne illius im
probi

probi exemplo cōcitati pleriq; aliꝝ ad Turcas
transfugiant. Vt enim Cecias vētus nubes ad
se attrahit, ita malum quoddā exemplū facile
alios ad imitationē pellicit, nam quod exem-
plo fit, iure etiā fieri creditur. Quam impie
factum a Petro sit quoq; audi. Impium est eos
quos Christus suo sanguine precioso redemit
& ferro & igni perdere velle. At Christiani,
principe apostolorū autore, nō auro non argē-
to non re aliqua peritura, sed precioso sangui-
ne agni immaculati Iesu Christi, redempti sunt
O impium igitur facinus Petri, dum eos qui
tam chare Christo constiterint, & ferro & ig-
ni pdere parat. Hoc te de Petro, mi amice ce-
lare nolui, vt tu quoq; cui non parum multi fi-
lij sunt, rationem habeas, ne aliquis, quod omē
Deus auertat, ad similem a fide Catholica des-
fectionē prolabatur, Vale.

In hoc genere Epistolæ, Iuuenes stili exer-
cendi gratia, ex historijs exempla petere pos-
sunt.

Absoluimus demonstratiui generis episto-
las. Sequuntur Epistolæ in deliberatiuo orati-
onis genere conscriptæ.

CVR DELIBERATIVVM
genus epistolæ dicatur.

Ideo

Ideo deliberatiuum genus epistolæ ap-
pellatur, quod in eo deliberamus quidnam fa-
ciendū sit, iam suadentes hoc, iam illud dissua-
dentes.

Exordia in hoc genere epistolæ varia in-
cidunt. Exordiri tamen possumus ab iisdē re-
b⁹ a quib⁹ in demonstratiuo genere epistola-
rū exordiendum esse diximus.

Imprimis tamen in hoc genere epistolarū
a nostro, erga eum, cui aliquid vel suadere vel
dissuadere volumus, animo, Hoc modo, Meū
erga te studium, amice optime, testes non de-
siderat, tamē vt prorsus quanti te faciam, intel-
ligas, en accipe, quid tibi in hac re, que te, vt
audio plurimū distrahit, faciendū censeā.

Possumus & exordiri a nostrę personę ex-
tenuatione, hoc modo. Quāuis ego ipse, in re-
bus meis consilio nō satis abundo, tamē quā-
do natura cōparatum est, vt semper alijs me-
lius quam nobis consulam⁹, te, quid amico, in
causa ista sequendū sit, celare nolo.

Exordiri in hoc genere epistolæ maxime
etiam ab officio possumus, Quam tu sem-
per rebus meis ab ineunte ætate consulueris,
nemini nō conterraneorū nostrorum cōstat,
Proinde officij mei esse putavi, tibi in tuis q̄q̄
rebus

rebus cōsiliū, quo ad ingenij mei acies patitur,
impertire.

Alias exordiorū formulas & crebra auto-
rū lectio & vsus prestabit.

Ab exordio, propositione vtendū est, hoc
modo. Ego vero tibi pacē cum Ioanne concili-
andā esse consulo, Vel sic mihi videtur, vt re-
bus oībus relictis, huic rei, te totum tradas.

LOCI ARGVMENTORVM

in hoc genere epistolę sunt.

Honestū, quod Cicero in rectū & laudat-
bile diuidit, Rectū vocans id, quod cū virtute
& officio fit, & huc oēs virtutes referuntur.

Laudabile appellat, quod conficit honestā &
presentem & consequentē cōmemorationē.

Vtile, vt paulo ante dixi, In circūstantijs verti-
tur, vtili & tutum adnumerare licebit. His oī-
bus etiā facile & difficile accedūt

Peroratio in isto epistolarū genere ducit
vel ab adfectu vel enumeratione, Adfectu qui-
dem, dū in fine epistolę amplificationi alicui⁹
rei insistimus, Enumeratione, dum argumen-
ta dispersa breuiter enumerando colligimus.

In disuasorijs epistolis loci contrarij sunt, id
quod nemo nō facile intelligit.

EXEMPLVM EPISTOLAE SVA

foriæ

foriæ, Suadet amicus amico vt iuri Ci-
uili det operam.

Consulisti me per literas, amicorū omniū
suauissi me, cui nam literarū studio te destines,
Theologiā tibi cū primis placere scribis, Medi-
cinæ studiū tibi valde gratū eē ais. A iuris Ci-
uili studio te valde abhorrere ostendis. Mi
amice, cū mecum etiā atq; etiam cōsidero, cui-
nam studiorū generi appositus sis, te nulli stu-
dio, equæ appositum esse video, atq; iuris Ci-
uili studio. In quod vt lubentius operam im-
pendas, moueat te illud, quod & a viris pres-
tantissimis traditū est, & a viris clarissimis se-
dulo excultum existit. Moueat te huius studiij
utilitas maxima. Primū vt patriam amare de-
bem⁹ oīes, ita quoq; illam tueri & defendere
oēs debem⁹. Vt vero patriā defendere possi-
mus. Ius Ciuile prestabit, Nam, vt Salusti⁹ re-
fert, ijs artib⁹ imperia cōseruant maxie, quib⁹
cōstituta sunt, at imperia vrbū legib⁹ & Iure
Ciuili constituta esse quis ignorat? Proinde
legibus & Iure quoq; vrbes conseruari pote-
rūt. Accedit huc, summa huius studiij iucundi-
tas & voluptas, etem quid iucundius homini
esse potest, quā in legibus & iure Ciuili prisco-
rum verborū vetustatē cognoscere? quid ma-
gis vo-

gis volupe esse potest, quam in legibus veterē
& viuendi ritus & disciplinam, perdiscere. Et
vt iam ad id quod initio pponēbā, redeā. Ad
hoc studiū tu a Deo, quod aiunt, sculptus vis
deris Nam cū iuris Ciuilis studiū memoriā
foelicem desideret, tu, sane memoriā es ea, vt
etiā Simonidē memoriā foelicitate supera-
re videaris, Hoc studiū vocem masculā, re-
quirit, at hęc in te est, si in vllō alio mascula,
Hoc studium facundiā & vberem & promp-
tam cupit, quę, quanta in te sit, nisi tuis aurib⁹
seruire viderer, nō obscuris argumentis decla-
rare possem, Nec est quod impietatis reū hoc
studiū agas. Magistratus a deo esse haud du-
bie cōcedis, proinde piū est magistratibus fun-
gi, At magistrat⁹, sine legibus suo officio fun-
ginequit. Quomodo enim Iudicia exercebit,
res diuidet, maleficia puniet, si non habeat le-
ges, In quib⁹ solis hec omnia tradunt. Q, si er-
go piū est magistratū gerere, piū etiā erit,
id discere, sine q̄ magistrat⁹ gerere nemo pōt.
Paulus Leges, ad Romanos, diuinam ordina-
tionē vocat, ergo piū est legū studio vacare.
Sed fortassis illud studiū, difficile esse dixeris.
Mi amice, adsit preceptor & diligens & fidus
adsit studiū pertinax, adsit quotidiana expe-
rientia

rientia, & mihi crede studiū illud facillimū tibi erit. Quare si me autorem sequi vis, studio Iuris te primo quoque tēpore addicito Vale.

EXEMPLVM EPISTOLAE

dissuasorie.

Dissuadet amic^o amico ne mercaturę se dedat

Fortassis, amicorū charissime, ingrātū erit, quod tibi rem quam, vti audio, amplexurus es dissuasurus sum, sed quando non mihi magis atque tibi cōsultū volo, dabis meo erga te amorī, veniā, si quid quod nolis tibi dissuaserit. Audio ex plerisque te, mercaturę animū addicere velle, id ne facias te vehemēter oro, Primū cogita quā inhonestū sit peierando ditescere. At nisi mercator peieret, nō admodū res suas augebit. Deinde, vt maxime lucrosa res sit mercatura, reputa tecum quantis periculis ea lucra cōstēt, Nam non, opinor, ignoras, mercatorē non raro in mari vna cū mercibus perire, aliquando amissis mercibus vix incolumē enatare. Quid hic cōmemorē, quod in itinere pedestri mercatori iam ab hospitibus, ad quos diuertit, pericula vitæ struuntur, iam a latronibus in via pericula vitæ impendent. Tū esto aliquando e mercibus, quas emit lucrū magnū faciat, quod vero fit vbi merces easdem, plurimi emerint.

C

Tunc

Tunc certe vix ad fortē res redit, nec aliud
quid lucri a mercatoribus aufertur, quā qd'
illis per saxa, per ignes, per rumpendum est.

Quid si in itinere ab hostibus merces interci-
piuntur: diripiuntur: quid tūc lucri, auaræ illud
mercatorū genus, accipit? Apage igitur lucra,
quæ tantis periculis redimuntur, apage lucra,
quæ tātis damnis emūtur, Ad hec cogita, quā
impiū sit, mercaturæ operam nauare. Mercato-
res om̄eis auari sunt, Auari sunt idolatre. Idola-
træ impij sunt. Impius em̄ est om̄is, qui a fidu-
cia dei elapsus creaturis fidit, At mercator opi-
bus fidit, nam vbi est thesaurus, inquit Chri-
stus, ibi est & cor tuū, Impiū igitur est merca-
turæ vacare. Taceo hic quam difficile existat
mercatorē agere, Nisi em̄ magna pecunia in-
promptu sit, egre mercaturā amplam exerce-
re potes, At parua, autore Cicerone, mercatu-
re, prorsus sordida est & indigna homine, his,
opinor rationibus persuasus, quiduis potius
quā mercaturā cōplecteris. Vale. Ad hoc ge-
nus epistolæ refer.

Monitoriam,

Hortatoriam, Ep̄lam nā in his om̄ibus ep̄lis

Dehortatoriā, vt in deliberatiuis finis est nō

Petitoriā

Petitoriam. cognitio tantū, sed preter cog
Consolatoriā. nitionē actio aliqua.

Tum siue monetam⁹, siue hortemur, ab honesto, necessario, utili, facili, pio, & alijs id generis argumens suaforijs & monemus & hortamur. Contraria argumēta in dehortatoriā epistolā incurrunt, Dum petimus aliquid, nonne quoq; iisdē argumentis, locus ē? Nā inter petendū, dicim⁹ aut rem quā petimus, per se honestā, aut ei, a quo petimus, si nobis largiatur, honestā fore. Tū quā vel nobis, si re petita potiamur, vel ei a quo rē dari cupim⁹, vsui futura sit ostēdimus, Preterea, quanta nos rei quā petimus, necessitas, vrgeat docemus. Denicq; illū a quo petimus, rē nobis sine omī dāno, sine omni labore dare posse declaramus.

EXEMPLEM MONITORIAE

vel hortatoriæ epistolæ.

Mi Petre, te ebrietati vehementer deditū esse audio, quā vt posthac caueas, te monitum volo, Eteim quā deforme malū sit ebrietas q̄s satis oratione consequi potest? Lacedemonij populi, si vlli alij prudētes, vt iuuenes, ab isto deformati malo absterrerēt, ad ebriosorū conuiuia, admittebant, vt conspecta huius mali de-

C ij formitate

formitate perpetuo illam odissent. Nec res vll
la est, que plura mala secū adferat, Hec em̄ do
lores capitis, vlcera oculorū, buccarū tumorē,
mēbrorum delassationē, adfert, Tum malum
est adeo impiū, vt & seruator noster Christus
apud Lucā suos ab illo abhorrere velit, dum
inquit, ne grauentur corda vestra, crapula &
ebrietate. Et Paulus impietatē huius mali of
tensurus ebriosos hereditatis vitę eterne ex or
tes esse, scribit, Deniq; vides, quā illud malū,
vbi semel nos corripuit, nos in oēm ætatē con
sequatur. Quare si me monitorē sequi vis, ma
lum hoc adeo inhonestū multis incōmodita
tibus plenū, impiū, excussu difficile ceu pestē
presentaneā, fugito.

EXEMPVM ALIVD HORTA

torię vel monitorię

Ex amicorū literis intellexi te diu anxie
deliberare an eloquētię studeas. Tu v̄o in illā
diligentē etiā atq; etiam incūbe, Nam quid ho
nestius, quā illo, quod oībus natura datum est
loq̄ intelligo, vel te solū, p̄clare vel cū paucis p̄
stare posse? Quid magis necessariū, quā semp
in promptu habere arma, quibus aut te tuta
ri possis, aut improbos puocare, aut te lacesti
tū, vlcisci? Quid magis cōmodū, quā dicendo,
vt ille

vt ille inquit, apud Ciceronē, tenere hominū
cetus, mentes allicere voluntates impellere,
quo velis, deducere? Quid iucundius & tibi
& alijs esse potest, quam grauiſſimis ſentētijs,
verbis ſelectiſſimis ornata oratio et, perpolita?
Nec eſt quod difficultas te ab eloquentiā de-
terreat. Nam ſi ſtilus, vt Crasſus apud Cicero-
nē inquit dicendi perfector eſt & magiſter, tu
ſi paululū tediū, in exercēdo ſtilo deuoraueris,
illico, id quod cupis adipiſceris. Proinde quid
diu deliſeras? in eloquentiā om̄ibus tum re-
mis, tū velis incūbe.

EXEMPLVM DEHORTATORIAE

Et quid vero hoc ſibi vult quod a deo ſom-
no indulgas? Primū, an non te ab ſomno retra-
hit, quod nihil turpius ſit, quā in medios vſq;
dies ſomnū protrahere? Deinde an nō etiā in-
cōmoda plurima, quorū ſomnus autor eſt, a
ſomno te auocāt. Eteſm, vt corpora ſomno ni-
mio pingueſcunt, ita mētes hebeſcunt, memo-
ria deperit, color corporis mutatur, totū corp⁹
ignauū, & ad om̄ia languidū redditur. Tum
nec eſt, quod neceſſitatē dormiendi pretextas,
Notū eſt ex medicorū libris, ſeptē horas homi-
ni ad dormiendū ſufficere, quotquot horę p̄-
ter illas accedant, vltra omnē neceſſitatē ex-

C in iſtere

istere. Denique quum Christus nos tam subin-
de vigilare iubeat, ne insperato eius aduentu
opprimatur, que malum impietas est, Christo mi-
nus dicto audientem esse, & somno potius quam
vigilijs tempus conterere? Nec est quod tibi post
hac difficile esse dicas, a somno, cui assueueris
discedere, vulgo dici solet, nulla tam mala con-
suetudo est, quin illam excutere possimus. Tu
modo aliquando vigilię te dede, & breui futu-
rum est, ut & tibi vigilare quam dormire magis vo-
lupe existat. Non verbum vllum addam, Vbi Pru-
dentij versiculos & pios & elegantes tibi retu-
lero.

Post solis ortum fulgidi,
Seruum est cubile spernere.
Ni parte noctis addita,
Tempus labori adieceris.
Vale amicorum optime.

Vt vero Iuuenis, videat, rationem respoden-
di ad epistolam vel adhortatoriam, vel dehorta-
toriam exempla quedam, subiungam.

EXEMPLA.

Valde mihi gratum fuit, quod me ad Ius Ci-
uile adhortaris, In quod post hac omnibus alijs
studijs relictis, etiam atque etiam incubam. Etenim
nefas esse duco, tibi homini tam prudenti, &
metam

me tā amanter monenti nō obtēperare. Tū
& tanta est orationis tuæ efficacia, vt me tan-
tum nō nolentē, ad Ius Ciuile rapuerit. Tibi
vero pro ista amica tua hortatione, magnas
ago gratias, aliquando, relaturus, vbi per occa-
sionē potero.

VEL SIC.

Quāuis, me apte sponte ad Ius Ciuile per-
sequendū propensus erā, tamē, nō potest non
mihi gratū esse, quod ad illud excolendū, litte-
ris tuis hortatus sum. Nam scio, quā, sincere,
quā candidē me horteris. Pro tuo erga me ani-
mo, tibi inmortales ago gratias, agāq; dum vi-
uam, bene Vale.

ITEM,

An ne tu homo es ad persuadendū potēs?
Nam nullus vnquā me ab ebrietate dehorta-
ri potuit, preter te. Etenī dum literas tuas, q̄s
mihi cū Ioanne misisti lego, adeo ebrietas mi-
hi displicere cepit, vt posthac eam repetiturus
sim nūquā. O iam iā scencio, quā cōmoda sit ve-
ri amici hortatio? Tu vero, quando, adeo, mei
studiosus es, antehac a me dilectus tantū, post
hac a me amaberis, & quidē ad parentis vicē,
bene vale.

EXEMPLVM PETITORIAE

C iij

Nisi

Nisi tuū erga me studiū nullis nō in rebus cog-
nouissem, vererer, ne eo quod a te petiturus
sum, offendereris, sed quando te mihi nunquā
non ad oīa promptissimū fuisse certo scio, libe-
re id quicquid tandē est, abs te peto, Mi ami-
ce, domū, focerī mei quingentis aureis emi, &
preter ducētos aureos ad assem solui, At cū id
quod reliquum est pecuniæ iam numerare co-
gar, & preter meā opinionē, pecunia, que mi-
hi adferri debuit, adlata non sit, te oro vt mihi
ducētos aureos mutuo dare velis. Nā nisi sta-
to tēporē soluēdo fuero, periculū est, ne reddi-
ta, quā dedi, pecunia, domū heredibus vendi-
toris cedere cōpellar. Te hac in re mihi lu-
bēter gratificaturū spero. Tum quod honestū
est, si amicus amico in necessitate extrema nō
desit, Nā sic anim⁹, amici erga amicum, perspi-
citur. Durē em̄ res amicos probant, Tum qd̄
tibi hominī opulento perfacile fuerit mihi vel
maiore, quam abste peto, pecunia subuenire
Ego certe, si non re ipsa, at consilio, opera indu-
dustria tibi tuiscq; semper vicissim adero, Vale

Hoc in epistola petitoria obseruandū est, vt
in peroratione, nos beneficiū ab amico prestis-
tum reponere velle, addamus, eius rei, exēpla
apud Ciceronē, apud Plinium plurima extāt.

Respōs

RESPONSORIA AD PETITORIA.

Valde mihi dolet, mi Petre, quod tibi in hac re quā a me petis gratificari neq̄o. Quod autē nequeo, facit debitorum meorū perfidia, q̄ dum ad diem prestitutam, soluendo nō sunt, faciunt, quod ego vix domi pecuniā habeā, q̄ familiam meam alam, tantū abest, vt te vlla pecunia iuuare possim, Cum autem, vt audis, te pecunia subleuare possim nulla, nō, opinor egre feres, me, In ista re, quam prestare nequeam, tibi nō gratum facere, Quod si aliquando numacior ero, non tentum centū, sed & ducentos aureos, libenter tibi mutuabo, Interim, animū meum, boni consule.

Porro quod consolatoriam generi epistolarum suasorio ad censemus, ideo fit, quod dum consolamur etiā u argumētis suasorijs vt plurimū vtimur, Nam parum decere vt quis se merore conficiat dicim⁹. Tum impiū iuxta inutilem esse merorē declaramus, facile mentē a merore abduci posse, ostendim⁹. Deniq; quā iniucūda res sit meror plerūq; docemus, Cui⁹ epistolæ, vt Iuuentus argumentorū rationem intelligat subiiciam.

EXEMPLVM CONSOLAORIAE

Epistolæ

C

v

Quāuis

Quāuis ego ipse fortassis consolatione mea
tibi parum gratus futurus sum, tamen quando
te filij tui mortē plus satis immoderate ferre
audio, nō potui me continere, quin epistolam
hanc ad te scriberē, qua si non stirpitus mero-
rē ex animo euellerem tuo, saltem aliquantu-
lum mitigarē. Mi amice, cur est, quod ob vni-
us filij tui obitum, tantopere doleas? An ne te
virum esse memineris, qui cuius potius adfec-
tui, quā dolori succūbere, debeat. Mulierū em̄
quarum mens mollior existit, est, aliquādo do-
loribus plus satis dare, At viri nihil plus caue-
re debent, quam ne in dolore impotētis se ani-
mi esse declarent, Tum quando nos oēs a deo
opt. max. ea lege, ea conditione natos scis, vt
moriamur, tum quādo mors hominū, sola dei
voluntate accidit, (Nosti em̄ illud Iob, consti-
tūisti homini terminos, qui, preteriri nō pote-
terunt). Cur obsecro tam impius es? vt qui fi-
lium tuū cōmunibus legibus exemptū esse cu-
pis, & volūtātē dei, a deo molesto fers animo?
Accedit huc, quod isto tuo merore aliud pro-
ficis nihil, nisi quod & te mulierosum esse ostē-
dis, & te totū extenuas, exhaurisq; . Nam scis
quid Sapiens Hebreos scribat. Spiritus tristis
exiccat ossa, Tum lachrima, capillos euelle, te
met

met in augulos abde, nihil vel cibi vel potus
attinge, quam diu velis, filius tuus illa trages-
dia tua iam non redibit. ut nobis omnibus ita
filio, in extremo iudicio tandem redeundi copia
dabitur. Ante hoc tempus filium tuum nullis la-
chrimis redire efficies. Que malum igitur est
stulticia, te adeo inutili merori indulgeres? hic
inquies filius ille erat mihi vnice charus, quid
tum? Et deo charus fuit, proinde & hunc ex il-
lis mundi turbis sustulit, Dices, filium illum ha-
bebam vnicum, Mi amice *ὄυδεν πρὸς ἔπος,*
Adhuc laus deo tu & vxor in ea etate estis,
ut, si deus volet, plures filios, non minus, quam
is qui obiit fuit, charos pducere possitis. Qua-
re si me audis, merorem ex animo eijce, & te vis-
rum esse, & quidem Christianum ostende, Vale.

RESPONSIO AD CONSOLACI- ONEM.

Quomodo consolationi respondendum sit
Erasmus his verbis docet, que subiungam.

Quibus modis respondendum sit consolato-
ri res ipsa consilium dabit. Nam ferme gratias agi-
mus, Primum pro officio, deinde laudamus in-
genium quod nihil adduci poterat ad leniendum
dolorem, quod vel non summa dicendi facultate
differuerit.

Postremo

Postremo quod illius & prudens & erudita & grauis, denique cum primis amica oratio, aut bonam doloris partem nobis ademerit, aut totum excusserit. Aut si nobis non profuit illius consolatio, laudabimus animum, studium & ingenium illius, quod tanquam bonus, & peritus medicus, nullum non remedii genus admouerit, sed arte maius esse malum, hec ille.

Exemplum, responsionis ad consolationem, habes apud Ciceronem, in libro epistolarum quarto, in epistola quae incipit. Ego vero vellem.

DE IUDICIALI GENERE EPISTOLARUM.

Iudiciale genus epistolae dicitur, quod ut in iudicijs ita epistolis sepe improba facta hominum, aut accusamus, aut accusati nos defendimus. Nam accusatiōe & defensiōe, hoc genus epistolarum constat.

RATIO ACCUSANDI.

Hic non anxie accusandi rationem persequemur. Hoc in epistolis satis erit. In principio dicere, iam verum esse, id quod vulgo dici solet, nemini per omnia fidedum. Nam te tantam, Petro fidem habuisse, ut quiduis potius credideris euenturum, quam, ut is, tam inmane facinus, ederet. Poteris etiam exordiri, hoc modo
Te alii

Te aliquid quod amico minus gratū futurum sit, dicturum, sed quid agas? quando is facin⁹ designare nō erubuit, Proinde nec moleste ferre debere illud a te Epistola refricari. A tali vlt⁹ simili exordio, narra hoc, cuius amicū reum acturus es, ex narratiōe ppositiōe excerpe, quā argumētis aliquibus, cōproba. In peroratione a circūstantiis rem exaggera. Sunt autē circūstantiæ, quis fecerit, quo loco, quo tempore, quo mō, hoc vel illud factum sit. &c.

Porro hec que dixi habēt locū, si quis ad eum, qui aliquid fecit, accusatoriā epistolam mittit, Eadē ratio est, dum quē apud alium accusamus, nisi quod tunc & a querela exordiū ducere licebit, hoc mō. Te vehemēter dolere tibi amicū apud amicum accusandi occasionē porrigi, Sed quid agas? te tacere nō posse. Alia tractabuntur, vt paulo ante ostensum est.

EXEMPLA

Accusat amicus amicū de stupro.

Ego Petre, te quiduis potius cōmissurū putavi, quam vt te tam turpiter tā illiberaliter tam hostiliter in domo mea gereres. Nam vt scias, hoc de te certo constat. Te, vbi ego iam ad mercatum profectus domo absum, noctu per tegulas in domū meam ingressum, & in cubiculū

cubiculū filiaē meae dilapsū, mox ad eā stric-
cto gladio pperasse, vt aut, tibi, sui copiam fa-
ceret, aut mox gladiū in eius iugulo hesurum.
Nec te cōtentum hac imanitate fuisse audio,
nisi etiam os puellae linteo occluderes, ne inter
clamandū a familia exaudiretur, Quid hac in
turba factum sit, tute optime scis, Nec est qd
crimē neges, puella ip̄a te certo fuisse per om-
nia sacra iurat, & sunt vicini, qui te a crimine
cōmisso domū reuolantē, ex tunica & barba
cognouerunt, qui, si negare voles, coram adle-
gabuntur. Sed quæ obsecro hec hostilitas est
te, cui omnia ioca, seriaq; cōmunicauī, quē ex
ex omnibus dilexi plurimū, me absente noctu
tectū meum nudare, & puellam, quam ego vi-
ta meo chariorē habui, adhuc a nemine con-
tactam, tam inmaniter tā crudeliter stuprare?
Istud tuū scelus ad iudicē deferetur. Nisi tu
puellam, quā eo quod optimū habuit spolia-
sti, vxorem primo quoq; tēpore duxeris, tecū
in presentia durius agere nolo, quod si non
quod te dignum est fœceris, me duriorē quā
voles experieris, Vale.

EXEMPLVM ALIVD

Accusat̄ amicus apud amicū datae turbæ.
Inuitus equidē tibi de Ioannis nostri turba,
quā

quā in domo mea dedit, scribo, sed qñ is tām
pudēs fuit, qđ turbā dare non erubuit, & ego
īpudēs rursū ero, & id qđ fœcīt, de illo libe
re p̄dicabo. Mi amice scis mihi esse rus p̄pin
quū vrbi, qđ dū recreandi animi gratia obeo,
Ioannes domū, quam ibi extruxi, ad me venit,
& cū vinum optimū sibi adferri iuberet, nec
illico ei vinū, quod placebat adferret, ille mox
accepto fuste in pocillatorē meum furibund⁹
irruit, quē bene fustigatum, e domo mea ex
trudit. Nec hoc cōtentus tunicam, pocillato
risprehendēs frustillatim discerpit, Quid Io
annes fœcerit, audis, quod fœcīt, negare nullo
modo potest, Sed an ne hec magna iniuria ē.
qđ hō ille furiosus, me p̄sente, in domū irruit
pocillatorē vt fidissimum ita charissimū, tam
indignis modis, in domo aliena tractat. Ego
quid cum illo agam prorsus hereo. Tu si quid
consiliij habes, fac ne me celes Vale

RATIO DEFENDENDI.

Ratio defensionis quoq; simpliciter a nos
bis tractabitur. Is ergo qui se defendere volet
exordiatur, a querela, hoc modo, sibi vehe
menter dolere qđ amicū suum charissimū tam
atrociter leserit, atq; hic quam sibi res illa do
lori sit, ostēdet. Vel exordiatur ab admiratio
ne

one hoc mō, se vehemēter mirari, amicū crī-
mē vix pīlo dignum tam vehemēter exagge-
rare. Nam qd' amic⁹, hoc vel illud a se factum
dicat, id falsum esse, & c. Deinde defendit crī-
mē, si verū est vt negari nō possit, purgatione
utendum erit. Nimirum non consulto crimen
factum esse, aut translatiōe vti oportebit. Nē
pe nos crimē aliorū peccatis coactos fecisse,
Aut remotiōe vti decebit, vt puta a nobis nō
crimen, sed culpam amouentes, & vel in ho-
minem vel in rem quāpiam transferentes, In
peroratiōe, pollicemur nos posthac modestio-
res fore, aut malefactum benefactis pensatur-
ros.

Sin falsum est crimen, quod nobis ab amico in-
tenditur falsitatem probabim⁹, aut quod non
isto tempore, quo crimen nobis obiectū ē, cō-
missum sit, aut qd' domi nō fuerim⁹, aut quod
nemo bona conscientia dicere queat, hoc vel
illud a nobis factū, aut quod, qñ antehac ni-
hil tale, amicus de nobis compererit, quinam
nunc tam facile, hoc vel illud a nobis factum
credat?

EXEMPLA.

Amicorum optime, Lectis tuis literis adeo
mihi displicere cepi, vt vix in publicum pro-
dire

dire sustineam. Nam nō dici potest, quam cri-
men, quod a me factum esse, negare nō pos-
sum, pudori mihi sit summo. At te, amicorum
meorū charissimū, oro, vt id quicquid est cri-
minis, mihi condonare velis. Ego sane, penam
quam tu me ferre voles, vltro in me recipiam.
Ego quod tu a me propter, crimen fieri vis,
vltro perferam, Hoc vnū cura, ne id lacius ad
amicos nostros emanet. Posthac mihi crede,
modestior ero, & nō viuam, nisi illud quicquid
est malefacti, benefactis plurimis obruā. Vale.

ALIVD EXEMPLVM.

Ita Christus, mihi propitius sit, optime Ioa-
annes, vt crimen quod a me cōmissum ex li-
teris tuis intellexi, dolet, Sed quid agam? No-
sti quid ebrietas faciat, quæ nisi fuisset, quiduis
quam tam detestabile facinus, cōmissem.
Verum cum ebrietas neminem in malefactis
prorsus excuset, ego pro hoc quod feci quod
tibi æquum videbitur luam. Vale

ALIVD.

Amicotum optime, nō possum satis mirari, te
tam credulum de me esse, quem nunquam in-
dignum quid cōmisisse satis certo scis, Dicis,
me ebrium noctu in edes tuas irruisse, & tuā
familiam bene verberibus mulctasse. At mi

D

amice

amice ecquibus testibus, id a me factū eviceris. Ecquando me ebriū fuisse, dicere potes? Quinam igitur tam ebrius factus in edes tuas furibundus irruis? Tum id e vicinis meis intelliges me ista nocte, qua familiā tuam a me verberatam esse ais, nō in vrbe, sed ruri fuisse. Ad hec, vt ebrius aliquando fortassis abierim putas me nostræ amiciciæ non plus tribuere, quam quod in domū irrumperem, & tuam familiam, quæ non minus mihi, quam tibi charissima est, tam miseris modis tractarē? Mi amice, istius criminis suspitione, me exolve. Nam te certo falli re ipsa experieris, bene vale.

Ad hoc genus epistolæ referre possumus epistolam lamentatoriam, que tractatu est facillima, nam in sola in cōmodorum, quæ accepimus exaggeratione & deploratione, versatur, ad hoc genus epistolæ referre possumus epistolam obiurgatoriam, exostulatoriam. Inuectiuam, purgatoriam. Nam, vt in accusatoria epistola, a circūstantijs, crimē cuius amicū accusamus plurimū amplificam⁹, ita & in obiurgatoria, exostulatoria, a circūstācijs rē ob quam amicū obiurgamus, ob quam exostulam⁹, exaggeramus. Inuectiua epistola, vtimur preter accusationē, etiam demonstra-
tiue

tiue Epistolæ locis. Nimirū in puericiam, adoleſcentiã, iuuentam, ſenectã, mortem alicuius, inuehentes, Porro in purgatoria epistoła, vt in defensoria crimen ob quod obiurgamur, ob quod nobiscū expoſtulat, ob quod in nos inuehitur, purgamus locis iisdem, quibus in defensoria vtendum ostendimus,

EXEMPLVM EPISTOLAE LA
mentatoriæ

Ne ego homo ferūdīs miser ijs natus sum, Dū e patria Neapolim proficiscor, primo die tanta & tam continua pluuia oritur, vt mihi misero quoquo irem, natandū esset, & quod miserimū est obuiam mihi videre neminē video, q̄ me insequatur adest nemo, die secundo, dum mane in syluam venio, subito me adoriantur latrones sex, & me rebus om̄ibus exutum vix viuum dimittunt, quid iam agerem? nudus incedo, vnde victum mihi emam, suppetit nihil, Venio in pagū, ibi rustici me morioſnē quendā, ob nuditatē meam rati, canes oēs in me prouocant, me panē pro foribus emēdicantē, tribulis abigunt. Venio in pagū alium, ibi anus quedam miserta mei, & cibū & potū largū mihi impertit, preter hec, me tunica crassiore quidē filo, sed integra & sarcta tecta do

D ij nat

nat. Vt & cibo & potu vires collegeram, vbi
rursum, vestit⁹ eram, ad nauē pperō, ibi mox
tam crudelis tēpestas ingruit, vt oēs, quotq̄
in nauī erant illico sibi apud inferos cenandū
esse crederent. Et cū tempestas diucius spe oīs
um duraret, nauclerus, de plerisq; in mare eici
endis, vt nauis exonerarett̄ consilium capit. O
quam ibi pallecebam miser, O quam mi
hi metuebā male, o quē ibi cogitabam homo
infort unatissimus, Tandē tamen deficiente
tempestate, ad littus adpellimus, ibi nauulo per
soluto mox in vrbē contendo, erat vero dies
vigesimalis a mea ex patria profectioe dū in
urbem peruenio, amicisq; mala q̄ exant clarā
narro, Hic multi nescio ioco an serio me alterz
Vlyssēm esse predicant, pleriq; se multo crude
liora passos affirmant, ego vero, quē in reditu,
in patriam accepturus sim mala, prorsus igno
ro, nam τὰ μελλοντα ἀορατα, Animus cerz
te meus nihil mihi presagit boni. Tu cura doz
mi meli⁹ viuas, quam ego in itinere vixi Vale

In Epistola hac videt Iuuenis, esse, narratio
nem quandam, cū amplificatiōe quadam ma
lorū, quæ in itinere obuenerint.

EXEMPLVM EPISTOLAE

obiurgatoriae.

Age

Age vero, que vesania te stimulauit, quod
adeo immodeste, te in cōuiuio gessisti: audio
te solū nudum fere in cōuiuio saltasse. An ve-
ro, nō te iuuenem esse memineras? quē nihil
æque ac modestia & pudicitia decet? Nō tibi
in mentē venerat omnes qui adessent, illam
immodestiam, si non aperto, at clam rephensu-
ros? Non videbas adesse honestissimas quas-
dam matronas, quæ, vt facile ad malum sexus
muliebris accenditur, tuis immodestis mori-
bus, aut ad malū accensæ sunt, aut immodestiã
istam tuam, iniquissimo anio tulerunt. Cōuiu-
um erat, cui interfueras, quod ab hūaniter, &
ciuilitate conuiuendo, dictū est, nō ab immode-
ste omnia, agendo vertendoq; hic te ebrium fu-
isse dices. Quid ebriū? Ebrius eatenus esse de-
bueras, quatenus, aut de tuis moribus nulla si-
nistra suspicio capi posset, aut tu nemini, vllā
offendiculi ansam preberes? Quod fecisti, effe-
ctum fieri nequit, verū, hoc tibi iam dictū esse
volo, si posthac istam tuã immodestiam repe-
re volueris, vereor, ne ita accipiaris, vt merit⁹
fueris. Vale.

EXPOSTVLATORIAE EXEM

plum.

Nunquam te tam inhūanū esse existimassem,

D iij

quam

quam te esse, re ipsa expertus sum. Cū heri vtī
scis, fessus de via, domū tuā, sub multā noctē,
venissem, tu mihi nec vaporariū calefieri, nec
qd quod ederē apponi, iubebas, Ego si vl' pror
sus ignot⁹, ad me isto tempore, diuerteret, nō
possem me continere, quin ei quod possem, &
ad edendū & bibendū expromerem, nec in vl
lo hūanitatis officio ei deessem. Tu vero, me,
quo cū tibi nescio quot annos plurimus vsus
fuit, adeo inhūane tractabas, vt centies in ani
mo haberem e domo tua ire, & in Xenodochi
ium publicū diuertere, Tu fortassis me gratis
apud te viuere velle, suspicabar. Ego vero
quiduis potius cogitabā, quam vel micam sa
tis gratuito abs te auferre, Nā vt parasiticum
ita sordidū semper esse putauī, aliena, vt inquit
Iuuenalis, viuere quadra. Cur tam in me inhū
anus fuisses lubenter ex te scirem. Proinde fac
tuæ inhūanitatis causam aliquā, vel fictā vel
falsam tantum, exponas.

EXEMPLVM INVECTIVAE.

Quamquam in homines inuehere impium
sit, tamen quando inter hoīes quoq; inuectiuae
interuenire solent, eius exemplū subiiciam.

Audio, hominū homo, qui viuunt scelerat
tissime, Euangeliū dei tibi nunquam non here
sim

sim sapere, O os impudēs, an iam qualis fue-
ris, an qualis sis, ostendis? Cum puericiā tuam
recordor, illa quam fuerit intractabilis peda-
gogus tuus, satis opinor scit. Cum reuoco in
memoriā adolescentiam tuā, illa sane in omni
improbitate, a te transacta est. Ecquid vero in
iuuenta vnquā vel piū, vel laudabile gessisti?
iam cum in eo etatis flexu sis, qui ad senium
vergat, ne non om̄ibus flagicijs, summū colo-
phonem imponas. Euangeliū dei, tibi heresis
loco est. O celum, o terra, quam horrēda vox.
Paulus ad Romanos, Euangeliū dei potentiā
dei esse, scribit. Et tu ore isto impudentissimo,
Euangeliū heresim vocas, Euangelium est sa-
lutare nunctium, quod nobis peccatoribus in
Christo, omnē salutem annūcciat. Et tu Euan-
gelium, extremā heresim esse deblateras. Si iu-
uenis esses dicerem te etatis vicio desipere, At
cū iam in adfecta etate sis, nescio an te desipe-
re dicam, an prorsus furiā fieri. Hoc tibi hac
epistola dictū volo, nisi, effrene tuum os in vi-
tuperando Euangelio dei, cōpescueris, me te
episcopo nostro indicaturū esse, Nam peccati
tui abominendi consors redderer, si illud aut
te impune auferre permetterē, aut te remotis
arbitris, non prohiberem. Vale

D iij

Exemplū

EXEMPLVM PURGATORIAE

Epistolae.

Quid audio, Euangelium dei mihi heresios loco est? Ecquidnam istud de me scis? Aut enim aliquis illud de me tibi rettulit, Aut a te ipso, in me confingitur. Si quis tibi id rettulit, quis ille sit, fac uti sciam, ut me purgare possim, sin ex te ipso comentus es, vide quanta improbitas sit, In amicū tam impiū mendaciū confingere. Lege dei prohibitū est, ne falso testimonio proximū nostrum circumueniamus, At dū tu me tam impio mendacio oneras, nonne falsum imo impiū testimoniū, i me cōfers? Quae igitur pena te a deo manebit? Mi amice, si modo amicus dicēdus es, quī a deo inimico ad me animo adfectas viā, cura si mecū ludere vis re alia minus tragica, Christiano homine minus indigna, mecū ludas. Amico impingere vel etiam ioco, ei Euangelium heresios vice esse, qd aliud est, quam apostatā, hereticū, & hostē dei facere? Durius me tibi purgare decreuerā, sed vici me, ne malū malo retaliare viderer Vale.

EPISTOLAE EXTRAORDINARIE

& mixtæ.

Sunt & epistolae quedam, quae partim extraordinariae, partim mixte vocantur, Extraordinariae

ordinariæ, quod non facile, in ordinē epistolarum expositarum referri possunt. Mixte quod ex varijs epistolarum predictarum generibus compositæ sint.

EXTRAORDINARIAE EPIS-

tolæ sunt.

Epistola iocosa vel familiaris Conciliatoria, officiosa, amatoria, narratoria, vel nuntiatoria, Mandatoria, disputatoria.

Epistola iocosa vel familiaris est, in qua amicus cum amico familiariter iocatur, vel eum irridentis, vel rem iocosam scribens. Exempla harum epistolarum ut plurima ita elegantissima sunt in libro nono epistolarum Ciceronis In epistolis ad Papirium, Sunt & iocose epistolæ libro septimo epistolarum Ciceronis, In epistolis ad Trebatium scriptis. Ego ut iuuentus intelligat, exemplum meum subiiciam. Eho homo impudens ne tu bellus conuiuator es, inuitas ad te amicissimos quosque & illos adeo frugaliter, adeo tenuiter tractas, ut nescierint tibi esse tam amicos, Tum non satis erat quod conuiuium plane frugali nos amicissimos tuos acciperes, nisi etiam tua loquacitate, adeo aures omnium obtunderes, ut ciborum obliti, ex tuo unius ore pendereamus omnes. Verum te loquacem fecit, non natura,

D v

quia

quia supramodū taciturnus es, sed summa te-
nacitas: Nā istis saliaribus ferculis, si dijs plas-
cet, quæ dum te blaterantē audimus, integra,
de mensa sublata sunt, Te, vxorē, liberos, fami-
liam totā in totos octo dies ales. Sic interim
marsupio parceretur. Sed vti scis, si posthac
amicos apud te cōuiuas esse vis, cura vt inter
cibum capiendū fileas, vt quisq; pro se, quantū
velit edere queat. Vbi vero saturi erūt amici
tui, lubenter te vel saxa loquacitate rūpere pa-
cientur.

EXEMPLVM ALIVD.
Eloquar an fileam: heri, cū ad te domū meam
irem, ecce venit anus annis pannisq; obsita, &
adeo ebria, vt nec mens, nec pes suū officium
faceret, Ea secū ducebat virum æque senem,
æque lacertosum, æque ebriū, Dū vero huc
illuc vacillabundī incedunt, anus in medio luto
corruit, sup anum, vetulus ille quātus quā
ē se prosternit, Quid multa? vterq; adeo luto
cōtaminatur, vt a ministris, nescio cuius ciuis
e terra sublatis, ab inferis redisse viderentur, Cō-
fluunt ad spectaculum hoc pueri multi, risus
magnus excitatur, ibi mox anus baculo quo
gressus regebat proximū quēadmodū petit.
Discurrere oīes, anus dū alijs ictū minatur in
terram

terrā p̄cūbere, vetulus v̄o ille, ne nō suas par-
tes ageret videret̄ ridere, O suaue spectaculū,
ego sane illi adesse spectaculo malui, q̄ vllis sce-
nicis, vt a plerisq; agūtur, ludis, Tibi vero hac
epistola spectaculi iucunditatē, cōmunē esse
volui, monitus illo veterū prouerbio, *παύτα
φίλων κοινά.* Vale.

RATIO TRACTANDI EPISTO-

Iam Conciliatoriam.

Conciliatoria epistola dicitur, qua nobis ali-
quē, cui antehac ignoti fuimus conciliamus,
et amicum facimus.

Exordiū epistolæ presentis, ducitur a causis
quibus ad scribendū alicui, adducti sim⁹, Cau-
sæ vero possunt esse hæ, vel quia alicuius vir-
tutum, eruditionis singularis admiratione cap-
ti simus, vel quia maxima de aliqua fama inte-
gritatis, hūanitatis perincrebuerit, v̄ quia mo-
numenta alicuius adeo crebra in manibus te-
ramus, amiciciæ quoq; eius percupidos existe-
re, vtemur vero hic maxime extenuatione, &
nos omnia nostra extenuantes alium vero
& om̄ia illius, cui scribimus, magnis laudibus
attollemus. Exordiri possumus, & a spe, quā
de aliquo habemus, eū nobis q̄uis non cogni-
tis tam amicū fore, quam speramus, vbi ab his
vel

vel alijs causis exordiū duximus, quid nobis fieri ab amico velimus, pponemus, Nimirum cupientes, vt nos amicus ille, in amiciciā, recipiat, inter amicos suos numeret. In calce adde-
re possumus ne amicus egreferat, quod nos tā nullo in nūero homines, viro tā egregio scripserimus, priores siquidē ad scribendū, nos non arrogātia, sed vel amore, vel causis mō relatis, adductos sūpsisse pollicebimur, & nos daturos operā, ne amicū amicicię nobiscū iitę peniteat.

EXEMPLVM.

Virtutū tuarū splēdor, vir ornatissime, qui etiā ad nos huc peruenit, a me extorsit, vt, quē haectenus ob virtutū ornamēta admirat⁹ sum semper, amicū quoq; mihi habere velim. Mitto tibi igitur, has literas, quibus, hoc vnū te peto, vt me tui percupidū, tuarū virtutū egregiū admiratorē, si non inter precipuos, at amicos saltē recipere, digneris, in me sane, quod tibi lucē adferre possit, cōperio nihil, sed quid agā propter ea, te virū ornatissimū rebus om̄ibus, amicū mihi esse cupio, vt veluti matronę deformes, ex comitatu matronarū luculentissimarū formę alicui⁹ opinionē sibi cōciliāt, ita & ego, quibus in me pulchri habeā nihil, ex amicicia hominis rerū oīm cultissimi, aliquē nitore adsciscam,

ca. Quod ad me attinet, ego sedulo prestabo, ne
te amicitiae, mecum inita, penitentia capiat
vnq̄ Vale.

In hoc genere, nō raro etiā exordia ducuntur
ab illis, quorū instinctu, dicā an efflagitatione
adhunc vel alium scribere coacti sumus, hoc
modo.

Quod ad te, vir doctissime, ipse indoctissimus
scribo, non temeritate quadā, non arrogantiae
morbo fit, sed improbis precibus Petri, ad finis
mei, qui dum mihi nullū instandi, ad te vt scri-
bā, finē facit, Ego tandē diutinis illius efflagi-
tationibus obsistere non potui &c.

Ratio respondendi, in hac epistola facilis
est, possumus em̄ rescribere, nobis lras amici p̄
gratas fuisse, Et quod amicitia nostrā ambiat,
id nos diu p̄optasse. Nec vero esse quod adeo
nos magnos faciat. Nos nostrae paruitatis nō
ignaros existere, verū hoc tamē facturos, ami-
ciciā, cum hoc vel illo inuituros lubenter, Et cu-
raturus, vt si nulla alia re, at fide & candore cō-
mendari mereamur.

RATIO TRACTANDI EPI-

stolam officiosam

Officiosam epistolā appellamus eā, in qua
aut mutuae amicitiae fit recordatio, vel nostra
officia

officia amico alicui, pollicemur, & offerimus.
EXEMPLVM HVIVS EPISTOLAE

Quanta inter nos, amico & optime, amicicia ab ineunte vsq; ætate intercesserit, vterq; nostrum non ignorat. An non vero ita inter nos familiariter cõuiximus, vt si fratres essemus, familiarius conuiuere non potuissemus? An vero quicpiã rei, aut seriã, aut iocose, accidit, quod alter alteri non impertierit? Ecquando alter altere non omni humanitate tractauit? nostræ est igitur curare, ne amicicia ista nostra, q̃ a puero inter nos fuit, vlllo modo intermoriatur, id quod ego, quoad eius facere poterò, ne vnq; fiat cauebo. Tibi tuiscq; oib⁹ omnẽ operã, polliceor. Vale.

RESPONSORIA.

Quod me amiciciae nostræ admones, pergratum est, Ego vero, quiduis poti⁹ cõmittã, quã vt, qui amicus semper fui tuus, amicus vnq; esse desinã. Tu quando voles, mei erga te animi periculũ facito, me erga te, eundẽ esse, qui semper fui, cõperies. Vale.

RATIO TRACTANDI AMATORIAM epistolam.

Epistolæ huius ratio, quia rarissime in vsu est, a me non explicabitur, Cuius artificium si quis requirit

requirit, ex Ouidianis epistolis petere potest.

RATIO EPISTOLE NARRATO-
riæ vel nunciatoriæ.

Epistola narratoria vel nunciatoria appel-
latur, in qua amico, aut res publicas, aut priua-
tas narramus, denunciamusq; publicas, vt in
repub, morbũ inualescentẽ, pdigiũ nuper or-
tũ, vel aliã quampiã rẽ publicã, priuatas, vt no-
stras domesticas.

Exordiũ huius epistolæ ducitur ab his rebus,
Quando te rerũ nouarũ percupidũ esse scio, p
inde rem, qua nuper accidit, te celare nolo.

Aut, quando amicorũ, veteri prouerbio, cõ-
munia sunt omnia, quare rem istã, que publice,
que priuatim accidit, tibi amico, non potui nõ
perscribere. Deinde continua narratio, rei, vel
publicæ vel priuatę sequitur, Vbi curabimus,
vt breuiter, dilucide, verisimiliter, omnia narres
mus, in peroratione rogabimus amicũ, vt no-
strã operã, quã in re cõmunicanda prestitim⁹
boni æquicq; facere velit. Aut in re nostra ad-
esse nobis dignetur. Exẽpla huius generis epi-
stolarũ, in libro epistolarũ Ciceronis primo plu-
rima occurrent.

EXEMPLVM NARRATO-
riæ rei publicæ.

Nisi

Nisi te rerū nouarū cū primis auīdum scirē,
re quadā, que nuper hic accidit, tibi scribenda
superfedissem, sed quū me in re ista perscribē-
da, tibi pergratū facere, certo sciā, proīde eā te
celare nolui, Ioannes, vti nosti, mihi in primis
amicus est, is cū nuper pro nostra amicicia, me
ad prandiū inuitasset, Ego cū, quid enī amico
tanto negare possum? me apud illū pransurū,
cōdixissem, hora stata venio. At dū prandiū,
adeo, celū erat vndiq; sudū, inter prandendū
celū subito mutatur, & adeo caliginosis nubis-
bus obducitur, vt oēs noctē instare arbitrarē-
tur. Nec mora vehementissimus exoritur vē-
tus, ventū pluuia adeo horrenda adeo conti-
nua excipit, vt tota ciuitas cataclysmū metue-
ret, Nam preterq;, quod guttē maxime, de ce-
lo cadebant, adeo dense pluebat, vt nec vici-
no vicini domū oculis aspiciēdi copia daretur.
Aqua altissima exundat, replentur omēs edes
omēs apothecæ, oēs tabernę, nullibi solum ap-
paret, pontus & vndiq; celum obuersatur,
natandū est omībus. Nec vt antehac sepe vi-
di, aqua decurrendo diminuitur in eodē, qđ
aiūt, statu permanet, tandē tamen decrescit, q̄
vbi decreuisset, tante sordiū colligitur collu-
uies, vt fere currus illis exportandis nos defice-
rent

rent, Rem gestam habes, quid vero portendas
fortassis veluti Phryges plagis emendati in-
telligemus.

EXEMPLVM REI PRIVATAE

Ego integerrime vir, multis in reb⁹ p^rspexi,
te non secus meis in malis dolere, atq³ in tuis
dolere soles, proinde te rem, que mihi acerba
accidit celare non possum. ipsis ferijs precida-
neis apostolor³ Petri & Pauli mercatū Neu-
pergensem adeo, Ibi, dum sum, noctu,
nescio quis in domū meam penetrauit, Et cen-
tum aureos, quos domi in arca quadā recōdi-
deram, mihi sublegit, Quis furtū hoc cōmife-
rit, diuinare nequeo. Et scis q³ periculosa sit, in
rebus illis diuinare, Tum quid faciam prorsus
pendeo animi, Iudicē adire decreui, sed mihi
mel⁹ eē videt^r, vt clā per amicos meos, de fu-
re, inquirā, nam sic citius me illū expiscatur³
confido, Tu vir prudentissime, quid mihi fa-
cto sit opus, fac vtī sciam. Vale.

RESPONSORIA AD NVNCI-

atoriam.

Quod mihi scribis de Cataclysmo, qui in
vrbe vestra obortus est, mihi vel auditu hor-
rendū fuit. Ver³ quid deus, ista tēpestate hor-
renda, vobis minetur, nescio, Vtinā vero oēs

E

popula

res tui, isto signo admoniti resipiscerent. Nā
metuendū est, ne si hui⁹ tēpestatisratione nul
la habita, sui similes esse perrexerint, deus gra
uius in eos animaduertat, gratia dei sit semper
tecū, & cum om̄ibus tuis.

ALIA RESPONSORIA.

Furtū, quod in domo tua factum est vehe
menter molesto fero animo. Sed quid agas?
domini est tentacio, qui vbi te infracto anō
istud aureorū damnū ferre viderit, aliunde, du
plo pensabit, Tuum consiliū de inquirendo fu
re, per amicos, mihi valde placet, Tum quod
piū est, tum q̄ citius ista ratiōe fur ille, vbi vbi
lateat, extrahi ceu Cerberus ab inferis poterit.
si quid mihi de hac re occurrerit, id, vti fcias,
curabo. Vale.

RATIO TRACTANDI EPIS tolam mandatoriam.

Exordium huius epistolæ potest duci a spe
quā in alicuius in re perficienda sedulitate ha
bemus, potest etiā duci ab officio, vt puta qd'
illi potius quam aliū amico id mandari iniungi
debeat. Ab exordio, Quid mandemus amico
declarabimus, in calce, vti id mandati amicus
sedulo exequatur, rogabimus, nostrā, illi q̄q̄
operā daturi, si qñ vsus postulet.

Exeplū

EXEMPLVM.

Mea, quam de tua sedulitate in rebus meis exequendis concepi, spes, facit, vt tibi nihil nō mādare audeā. Mi amice, merces quasdam emi quas ad nundinas, quæ mox apud vos future sunt, istuc mittere constitui, eas, vbi aduectæ fuerint, ad te fac recipias, receptas in locū, qui tibi illis ad seruandis maxime idoneus videbitur, repone, Et quantū aurigæ pro vectura poposcerint, meo noīe illi numera, a me recepturus cū primū istuc ad te aduolaro, Mi amice, Fac tuū in rebus meis studiū experiar, Meum vicissim in tuis experturus maxime sedulum Vale.

RATIO TRACTANDI EPIS-

tolam disputatoriam.

Disputatoria epistola vocatur ea, in qua cum amico de re aliqua disputamus. Cuius ratio latior est, q̄ vt paucis ostendi possit.

EXEMPLVM HVIVS EPISTO-

læ subijciam.

Miror ego, quinam fiat, quod Stoicis oēs adfectus damnantibus, adeo suffrageris, Heus tu. Num tu naturā dei donum, damnare potes? Quod si naturā damnare neq̄as, quomō adfectus, qui in natura sunt damnare poteris?

E ij

Tum

Tum an nō illud ē dammandū, quod boni au-
tor est: sed adfectus multorū bonorū in nobis
autores sunt. Nisi enī mortē metueremus, vi-
ctum non pararemus, Nisi ira concitaremur,
vitā nec nostrā, nec aliorū ppugnaremus que
malū igit̄ vesania est, adfectus, bonorū auto-
res, in dammare. Accedit his, quod cū ad-
fectus quidā sint, rationi per omnia cōsentien-
tes, vt est amor parentū erga liberos, liberorū
erga parentes Cōiugū inter se amor, studium
erga bene de nobis meritos, erga amicos, stul-
ticia erit illos adfectus damnare, proinde cum
sententia Stoicorū adeo sit absurda, adeo stul-
ta, Cur eā mordicus teneas, demiror. Hęc ad
te paucis scribere volui, Tu si me vera scrip-
sisse, cōpereris fac mihi δμοφροσ sis, sin minus
rectiora, vt me doceas, cura.

EPISTOLAE MIXTAE.

Mixtas, supra diximus esse eas, que ex varijs
epistolarū generibus cōstarēt, cuiusmodi sunt
inuectiue, cōmendatoria, gratiarū actio, gratu-
latoria, Inuectiue epistolę ratio superius expli-
cata est, Cōmendatoria epistola est, qua am-
cū amico cōmendamus, seu vt vulgo dici so-
let, aliquē pmouemus, cuius hec est ratio. pri-
mo omniū, Causas quibus ad aliquē cōmen-
dandum

dandū inducti simus, cōmemorabimus, deinceps
de amicū, vel rē amici, amico nostro cōmenda
bimus. Postremo quod gratū nobis futurū sit, si
amico, nostro nomine, ab aliquo subuentum esse,
cognouerimus ostendemus. At cū in hac episto
la, iam in personā, quā cōmendamus, laudi
bus versemur, iam petamus, partim ex, de
monstratiuo, partim petitorio seu deliberati
uo epistolary genere locos mutuamur. Et pro
inde ex utroque epistolary genere constat esse
constat. Huius generis, exēpla apud Cicero
ne, in libro epistolary primo tū in, xiiij, libro plu
rima cōperiuntur. Exēplū e Cicero, & quid
dē breue subiiciam.

M. T. Cicero Publio Lentulo
proconsuli, S. D.

Aulo Trebonio, qui in tua prouincia, magna
negocia & ampla & expedita habet, multos
annos vtor valde familiariter, is cū antea, &
suo splendore, & nostra, cæterorumque amicorum
cōmendatione gratissimus in prouincia semp
fuit. Tum hoc tēpore propter tuū in me amo
rē, nostraque necessitudinē vehemēter confidit
his meis literis se apud te gratissimū fore, que
ne spes eū fallat, vehemēter te rogo, cōmēdo
que tibi oīa eius negotia, liberos, procuratores,

E iij famili

familiã, in primisq; vt quæ Titus Appius de
eius re decreuerit, ea cõprobes, oĩbusq; rebus
eũ ita tractes vt intelligat nostrã cõmendatio
nẽ nõ vulgarẽ fuisse, Vale.

EXEMPLVM ALIVD ET QUI
dem meum.

Ab ineunte ætate cũ Paulo Polentio mihi
magna fuit familiaritas. Tũ is est iuuenis q̄ et
morũ candore, & literarũ eruditioẽ, oēs suos æ
quales facile vicit, quare cũ a me Francophor
diam ad te ire vellet, non potui eũ tibi non cõ
mendare. Tu si quid vnq; mea causa fecisti fac
Polentiũ istũ tibi cõmendatũ esse sinas, Quic
quid in eũ beneficiorũ collocaueris, id in me
collocatũ esse, prorsus existimabo, pluribus ti
bi illũ cõmendare nolo. Nam, vt i spero, ipse se,
tibi comendabit satis. Vale.

RESPONSORIA AD COM
mendatoriam.

Quod mihi iuuenẽ, adeo moribus integris,
adeo eruditioẽ singulari p̄ditum cõmenda
sti, pergatũ est. Non enim dici potest, quã mi
hi volupe sit, cum id generis iuuenib⁹, vel vnã
tantum horã confabulando conterere, ei quic
quid potui, beneuolentiã, ostendi, merebatur
ille, vt a me lautissime tractareẽ, sed nosti, quã
ta rei

ta rei familiaris, inopia premor, ego sane, qd̄
fieri potuit sedulo caui, ne frustra a te mihi
cōmēdatus esse, videretur. Tu si me amas, hu
ius similes, q̄ plurimos mihi cōmēda, in quos
etiam si oēs meas facultates profudero, non
manum, vt Comicus inquit, verterim.

RATIO TRACTANDI GRACI
arum actionem.

Epistola, qua amico beneficij accepti ergo gra
tias agimus, ideo mixta est, quod in ea partim
personā, a qua beneficium accepimus, laudib⁹
ornamus, & sic ad demonstratiuū epistolæ ge
nus oculos obuertimus, partim quod in ea be
nificiū acceptū laudibus amplificamus, Am
plificatur vero beneficium a circūstantijs, quod
nobis nihil promeritis datū sit, quod isto tēpo
re, quo rerum omnium inopes fuimus, acceperim⁹
mus, quod a tanto viro nobis nihil tale sperā
tibus tam inopinato, beneficium adeo liberale
accesserit, qd̄ beneficium nō tantū nobis, sed mul
tis alijs quoq̄ profuerit, quod tā vltro in nos
collatum sit, & sic deinceps. In fine additur, nos
si nulla alia re, at studio gratificandi vicissim p
merituros, porro istæ amplificatiōes beneficij,
accepti, argumenta deliberatiuæ epistolæ resu
piunt.

E iij exora

Exordia, in hoc genere epistolary fere a sententijs ducuntur, cuiusmodi est, illa Terentiana Abs quouis hoie cum opus est beneficium accipere gaudeas, & illa, bis dat, qui cito dat, & illa, homo homini Deus.

Ducuntur & sepe in hac epistola exordia a collatione beneficiorum, que olim ab amico accepimus, cum beneficio, quo in presentia ornati sumus, Alia genera exordiorum & lectio oratorum & usus docebit.

EXEMPLVM GRACIARVM actionis

Non parum multa ab te beneficia accepi, sed nullum hoc quod iam accepi abs te vel iucundius, vel honestius me accepisse videor, Namquid iucundius mihi, a te dari potuit, quam quod mihi, ubi acciperem pecuniam dubio, tam inopinato tam beneuole, centum aureos, ad capiendum doctoratus insigne dedisti: quid vero honestius a te mihi conferri possit, quam quod ad titulum istum adeo honorificum adeo a maioribus nostris summa prudentia preeditis viris inuectum, pecuniam contulisti: Ego quando in presentia, propter rerum mearum inopiam, aliud prestare possum nihil, tibi gratias, & ago & habeo multo maximas, quod si olim aut, gratias referendi, aut potius testificandi

Stificandi meū vicissim erga te animū, aut, p̄
dicandi istud tuum preclarę beneficium, occa
sio mihi dabitur, me bñficiarū pulchre memo
rem esse, dices, Vale vir optime.

RESPONSORIA AD GRACI arum actionem,

Dum respondemus gratiarū actioni & nos
qui de aliquo benemeriti sumus, & beneficiū
quod in aliquem collocamus extenuare oportet,
Nam odiosum est, si quis aut Thraasonē ex
Comedia referens, seipsum laudibus vehat,
aut bñficia sua ipsi⁹ magna videri velit, In cal
ce eum, in quē beneficiū contulimus, rogabi
mus, vt in presentia, id quicquid est bñficii, æq̄
bonicę faciat, olim, cū maiora fortuna abunda
uerimus, maiora nos daturos esse.

EXEMPLVM

Næ tu egregius beneficiorę, quę ab alijs ac
cepisti, amplificator es? vt qui centum aureos
quos, vt titulo doctoratus potiri possis, lubē
ter tibi dedi, adeo amplifies, atq; si plus mille
ducatos a me accepisses, mi homo, hoc quicqd
est minus est, quam vt tuo erga me amoris res
pondeat, vt vt sit animum erga te meum, isto
bñficiolo, declarare volui, olim si fortuna be
nigniore vsus fuero, benignius te, si opus ha

E v bueris

bueris, maiore non desinam bene. Vale.

RATIO TRACTANDI EPISTO

lam gratulatoriam

Gratulari est ob alterius fortunam, & fortunatū rerū successum letari, inde gratulatio oritur. Hinc & gratulatorias epistolas vocamus eas, quibus amico de re feliciter vel gesta vel oblata, nos gaudere ostendimus. Ratio tractandi hanc epistolā est hæc. Exordium ducitur ab his rebus, vel cū amicorū sit, non aliter amicorū commodis gaudere, atq; suis, nos amico, cui tot cōmoda congruerint nō potuisse nō gratulari, vel quando nemo non amico gratulatur, te quoq; gratulatione superfedere nō potuisse. Vel ab alijs rebus exordiri possumus. Deinde illud, ob quod gratulamur, vehementer amplificabimus, vel quod magnū sit, vlt quod inopinato, dei soli⁹ nutu oblatū existat, vel qd' honorificū, cōmodū, tū amicis, tū multis alijs, futurū sit. Ad hæc quod isto tēpore in ista amici fortuna, tanta fortuna accesserit, & sic deinceps. Postremo in fine precabitur, vt illud quod amico obtigit ei saluti, nobis omib⁹ cōmodo existat, Porro hæc epistola, quia ex demonstratiuo & deliberatiuo pleraq; deriuat, mixta a nobis appellatur. Nam in hoc genere & personam

& personā, cui aliquid obtigit, laudam⁹, & res
que alicui accidit, laudibus tollimus, at rei lau-
des, ad deliberatiuū epistolæ genus pprie res-
piciunt.

EXEMPLVM

Belle quidā dixit, mala inter amicos cōmunia
esse debere. Quod si vero mala cōmunia
amicis esse debēt, & bona amicis cōmunia eē
debere, quis negare poterit, At cum nos si qui
aliī semper amicissime inter nos vixerim⁹, nō
potui nō ob fortunā, que tibi obuenit maxi-
ma, non maxime gratulari, vt cognoscas illā
fortunā tuam mihi perinde iucundā esse, atq̃
si ea mihi obtigisset. Audio te cōsulem vrbis
tuæ creatū esse. Quo nomine mirū est, quā ti-
bi gratuler. Nā quid honestius tibi obtingere
posset, quā te adeo cōmunibus omniū suffra-
gijis principē ciuitatis tuę electū: cōsules apud
Romanos in regū locū successere, & tantum
nō reges fuerūt, Regis igitur locū in vrbe ob-
tines. Tū quid vtili⁹, vel publice vel priuatim
facere poteris, q̃ cōsulem agere: publice quā-
dem. Nam tu vn⁹, vt vrbs pacata sit, ciues tu-
to viuant, sua ab improbis defendant, presta-
bis, priuatim vero, siquidē & tibi apud deum
opt. Max. maxi. meritū apud hoīes honorē
& bene

& bñuolentiam maximã cõprarabis, faxit Ie-
sus Christus, cuius solius nutu, ad id muneris
euect⁹ es, vt munus illud adeo honestũ, adeo
vtile, foeliciter administres Amen. Vale.

RESPONSORIA AD GRA-
tulatoriam.

Si vnq̃ alias in p̃xima certe epistola, quam
integer, & minime fucatus amic⁹ sis, intellexi,
Nam cũ, vt tu vere scribis, amicorũ sit amici
cõmodi nõ aliter gratulari, atq̃ suis, Tu certe
amicus es, vt qui adeo mihi consulatũ dei opt
Max. nutu oblatũ gratularis, atq̃ si tibi oblat⁹
esset. Quod vero munus illud, quod mihi ob-
tigit honestũ, vtile eẽ, predicas, tibi assẽtior, ve-
rum quam idẽ sit difficile administratu, nõ opi-
nor, ignoras. Sed quid agam⁹ deus qui me hoc
munere fungi voluit, haud dubie quoq̃, pro
sua erga nos benignitate, vt id & ad suam glo-
riã, & subditorũ salutẽ administrem, prestabit,
Tu bene vale amicorum sincerissime,

AD LECTOREM.

En habes optime lector, vt compendia &
riam, ita rudẽ conscribendarũ epistolarũ, ratio-
nẽ, quam in hoc damus in publicũ, vt rudib⁹
adolescentibus, consulamus, ij, qui aliquoten⁹
in literis, progressi sunt, ex eloquentissimorũ
VIROB⁹

virorū scriptis, ea quę ad epistolare negocium
pertinēt, cōquirere poterunt. Si opera nostra,
eo animo accipietur, quo data est, ī celo, quod
aiunt, erimus, sin secus accepta fuerit Cōscien
tia nostra freti, quicquid maleuoli dixerint, in
paruo ponemus discrimine, Vale.

Finis libelli de Ratione conscri
bendi epistolas, sequuntur.

Preceptiones pueriles de Com
positiōe Oratiōis.

Adolescentes quum animū ad scribens
das epistolas adiecerunt, valde in orati
one cōponenda, laborant, adeo vt, quę
uis, totius argumēti, quod in epistola tractant
ratio illis satis perspecta est, tamen quomodo
verba connectant, quomodo sententias
sententijs copulent, apprime anxij sint, & plu
rimū discrucientur. Quibus, vt consulā, pue
riles quasdā preceptiōes, de cōpositione orati
onis tradam, quas si adolescentes tenuerint,
minore negotio, orationis mēbra conglutina
bunt, Sed iam ad rem. Fabius & Romanus
Aquila scribunt in epistolis solutā esse oratio
ni, hoc est, orationē esse, nulla inter se necessita
te numerorū, neq; cōpositam mēbris quibus
dam

dam, vel determinatā certa descriptiōe' verbo-
rum. Id quod ita accipiendū esse credo, q̄ in
epistolis, quæ sermoni similes sunt, nō tāta cur-
ra cōpositionis & coniūctiōis orationis adhi-
benda est, quanta in oratiōibus forensibus, &
historijs adhiberi solet, sed q̄ epistolæ prorsus
nō habito mēbroꝝ orōis respectu scribi debe-
ant, Id vero nec Fabiū nec Romanū Aquilā
adfirmare cōtenderim, Quis em̄ epistolā, quid
vellet intelligeret, si nulla orationis cōpositio-
ne adhibita cōscriberetur? Tum quando se-
pe in epistolis res graues, & a sermone quotti-
diano alienas tractamus, quis dicere audebit,
quod illis nulla compositionis, verborum re-
rumq; diligentia, impendēda sit? Ad hec com-
positionē in epistolis non negligendā, arguūt
epistolę Ciceronis, epistolę Pliniij, quarum plu-
rimæ summa cura, summo studio compositaę
sunt. Quod ergo, vt initio dixi, tā Fabius q̄
Romanus Aquila in epistolis, solutam oratio-
nem esse scribunt, ita accipidebet, quod epis-
tolę non tantam orationis compositionem
requirunt, quantam orationes forenses desi-
derāt, sed suam tamē compositionē habere vo-
lunt, id q̄d & Fabius ostendit, dum ita inquit,
Scilicet solutam orationē esse in epistolis, non
dico

dico, q̄ non illud solutum q̄q̄ habeat suos q̄s
dam & difficiliore pedes, neq̄ em̄ aut hiare,
semper vocalibus, aut destitui tēporibus vo
lunt, sermo & epistola, sed q̄d laxiora in his vi
cula, q̄ nulla sunt. Hec Fabius. e quibus facile
intelligi potest, in epistolis non om̄ino nullā
orationis compositionē esse debere, Et quan
do epistolis compositio orationis inesse debet
de illa quedam subiungam. In om̄i compositio
ne, Fabio autore, tria sunt necessaria, Ordo
Iunctura, Numerus.

DE ORDINE.

Est vero Ordo in verbis singulis & con
textis, Verba contexta appellamus inter se
coniunctionibus vel alijs vinculis coniuncta,
verba singula vocamus, que Greci ἀσυνδ'ετα
.i. verba nulla coniunctione connexa, vt apud
Ciceronem libro epl'arum primo. Omnia
mea cura, opera, diligentia, p̄uidebo. In ver
bis singulis cauendum est primo omniū, ne de
creseat oratio, & fortiori subiungatur aliquid
infirmius, sic puer non scribet, Verres est, sacri
leg⁹ peculator, fur, sed hoc modo, Verres ē fur
peculator, sacrilegus, augeri em̄ debet oratio
& insurgere. Sic non scribet puer, Te col
lui, amaui, dilexi, sed dilexi, amaui, colui. Nam
plusculum

plusculū est vehementiæ in amore, q̄ diligere
& plusculū vehementiæ est, in colere q̄ ama-
re. Item puer non scribes, Petrus mihi libros,
rapuit, sustulit, sed sustulit, rapuit, Sic est illud,
Ciceronis, abiit, euasit, erupit. Deinde, in ver-
borū ordine obseruandus est ordo naturalis,
id est, vt primū ponatur, quod natura primū
est, Sic viros ac feminas, diem ac noctē, ortū
& occasum, dicas poti⁹, q̄ retrorsum. Sic scri-
bat puer, omnes pueri, adolescentes, iuuenes, se-
nes ad spectaculū funambuloꝝ, concurrebāt.
Sic scribet puer, Et pater, mater, soror, mihi in-
fensi sunt. Sic pater, filius, nepos, ad me venie-
bant, q̄ q̄ hic ordo naturæ, apud autores sepe
confunditur, sic apud Terentiū, noctesq; &
dies, etiam postremo in verborū ordine est vi-
tanda ταυτολογία, vel perissologia, id est
ne ordine permutato superuacaneum quid di-
catur, vt si dicas fratres gemini, nihil superua-
caneum est, at si dicas gemini, fratres addere
non est necesse. Ad hæc pleriq; preceperūt,
vt nomina verbis, verba aduerbijs, nomina p̄-
nominibus essent priora, sed ille ordo, apud
autores non semper obseruatur, nā cōtra q̄q;
frequenter nō indecore ponuntur. apud Cice-
ronē, lib. epistolarū, iij. Vix tandem legi literas
dignas

dignas accipio, vbi vides aduerbium vix verbo preponi, &c. Sed quid exempla, hic adferre volo, exemplorum pleni sunt autores oēs. Huc referunt plerique regulam illam Fabij, quod verbo sensum, claudere optimū sit, qua de re exempla apud Ciceronē sunt plurima, quibus hęc regula nō per omnia firma est, Nam & aliæ voces sepe sensum claudunt, Sic apud Ciceronē lib. epistolarum. i. Nam illo si veneris, tanquam Vlyses cognosces tuorum neminem, Vides nomē sensum claudere. Cice. in. ij. Philippica, vt tibi necesse esset vomere postridie, hic aduerbiū sensum claudit. In verborum ordine vitandum est hyperbaton, id est, perturbata verborum constructio, vt quū ita scribo, mecum Petrus, volens mihi, magnū iter, gratificari, iuit, pro, Petrus volens mihi gratificari magnū iter mecum iuit. Ab Hyperbatis aliquādo nō abstinuit Cicero, cuiusmodi est illud in epistola ad Lentulum, Gratiā autē nostrā extinguit hominū suspicio, quod Pompeio se gratificari putant, vt in rebus multo ante quam profectus es, ab ipso rege, & ab intimis ac domesticis Pompei exulceraris, deinde palam a consularibus exagitatis, & in summā inuidiam adductis, ita versamur &c.

Sed Hyperbaton, Fabio autore, inter Tropos

F vel

vel figuras, quę sunt virtutes receptū est, qđ
tamē magnis Oratoribus, & Poetis cicius q̄
pueris scripturiētibus epistolas cōcedēdū est.
In verborū ordine, & Amphibologia est vitā
da, quę est dū nescitur vicio ordinis v̄borum,
vtro verbū referendū sit, vt dum ita dico, Pe-
trum Ioannē verberare est iniurium, hic incer-
tū est, an verberare ad Petrū an Ioannē refer-
ri debeat Inuertuntur sepe verba per figuram
Anastrophen, vt dum p̄positio suo casui post-
ponitur, cuiusmodi est illud Comici, qua de re
pro, de qua re, qui ordo verborū elegans est,
Sunt etiā p̄positiōes, quę natura postponi vo-
lunt, vt versus, tenus, Cicero in lib. epistolarū
ij. & te ex Asia Romā versus profectū esse cō-
staret. Q. Curtius Pauci, hostium tenus exa-
mi penetrauere ad portum.
Et hactenus quidem paucis ostendimus, quis
ordo in verbis obseruandus sit. Iam ostende-
mus, quę in iunctura verborum obseruari de-
beant.

DE IUNCTVRA.

In iunctura videndum est, ne simul con-
iungantur crebrę vocaliū concursiōes, quę va-
stam & hiantē orationē reddunt, vt cum dico
Tuę l̄rę valde me delectauere, a qua vocaliū
earundē

earundē cōcursione præter alios etiam Cice-
ro in epistolis nō abstinuit. Nam in epistola
ad Lentulū ita scribit: Ego omī officio ac pos-
tius pietate erge te ceteris satisfacio oīb⁹, &c.
Et rursus ad Lentulum. Aulo Trebonio, qui
in tua prouincia magna negocia, & ampla &
expedita habet &c. Verum hic monēdi sunt
pueri, illam vocalium cōcursionem, in Cicero-
ne, qui vna cum Demosthene, vt scribit Fas-
bius, ad hanc partem modice respexit, nō re-
prehensionī obnoxiam esse. Quis em̄ in tantis
orationis virtutibus, illud vnum vitium repre-
henderit? sed si quis alius crebro vocalium cō-
cursionibus vteretur eum reprehensionē vix
euasurum. Ad hæc in iunctura verborum vi-
tabitur, literæ vnus nimia assiduitas, vt dum
ita scribo, Tibi tanto tanta talenta tulerunt.

In verborum iuncturis crebra homiopto-
ta & homioleuta, id est similiter cadentia &
similiter desinentia fugienda sunt, vt dum ita
scribo, homo est cupidus virtutis, famelicus
honoris, studiosus amoris. Itē dum scribo, Nō
prudētis est, omnes reprehendere, stolidi est
omīa probare, vesani est nihil ad iudiciū ani-
mī reuocare &c. Quæ tamen si modice adhi-
beantur, Epistolam valde ornant. Sic Cice. in

lib. epistolarum. i. In quo ut iam sit in his culpa, qui me non defenderunt, non minor est in his, qui reliquerunt. Et, si accusandi sunt qui pertimuerunt, magis etiam reprehendendi, qui se timere simularunt. &c. Hic habes homioteleuton, hoc est cadens similiter, quod, hoc in loco tantum abest, ut vitium sit, ut etiam orationis virtus habeatur, hoc ergo ut supra monui, puer videat, ne in iungendis verbis per homioteleuta & homioptota imodicus sit. Nam notus est iocus ille Lucillij in quinto Satyrarum in illorum scitamentorum, ut Gellij voce utar, adfectatores quem quia festivus est hic subiiciam. Quo me habeam pacto, tamen si non queris docebo, Quando in eo numero mansi, quo in maxima non est, pars hominum, ut perisse velis, quem nolueris, cum visere debueris, hoc, nolueris. &c. Sed redeo ad iuncturam orationis, in qua etiam est vitanda longa periodus, quae & auditorum aures, & pronunciantis spiritum ledit, Exemplum est in praefatione, quam Priscianus libris Grammaticae suae praefixit. In iunctura orationis curandum est, ne syllabae verbi prioris ultime, sint primae sequentis, Id quod Ciceroni in epistolis excidit. Res mihi iniusta visae sunt Brute, Ad extremum in iunctura orationis

tionis, videndum est, vt monet Cicero, in dialogo de Oratoria particione, ne gñribus, numeris, tēporibus, personis, casib⁹ perturbetur oratio, hoc est, vt istum locum obiter explicem, videndum est ne solœcisimum, grāmatices vicium facias, Et hęcquidem sunt præcepta, quę de iunctura orationis tradi solent, Illud vero in iunctura orationis in primis obseruandum est, vt ea, periodis astringatur, quę nisi diligenter, obseruentur, oratio nunç recte inter se coherere poterit.

QVID PERIODVS.

Periodus, authore Romano Aquila, est oño quę sententiam certa quadã circumscriptiõe definit, atq; defminat, qualis est hęc apud Ciceronē i lib. eplaz. i. epistola priã, Ego omni officio ac potius pietate erga te, ceteris satisfacio om̃ibus, mihi ip̃i nunç satisfacio, En habes periodum id est orationem absolutam, & certis membris descriptam. Cicero plurima nomina dat periodo, ambitum, circuitum, cõphensionem, cõtinuacionem, circumscriptiõnem. Porro periodus constat, ex membris quę cola Gręci vocant, & incisus, quę cõmata appellant. Membrum est pars orationis ex pluribus verbis, absolute aliquid significans

F iij vel

vel, membrum, est parforatōis, perfectam sententiam habens, vt apud Ciceronē in lib. epistola. i. periucundæ mihi fuerunt l̄ræ tuæ. &c. hoc membrum est, Incisum autem est parforationis, nō perfectam sententiā cōplectens, vt apud Ciceronē in primo epistolæ, Tametsi mihi nihil optatius est, &c. Cæterum periodus habet minimum membra duo, medius numerus videntur quattuor

EXEMPLA PERIODI EX DVO bus membris cōstantis.

Cicero in lib. epistolæ primo. Ego omni officio an potius pietate, Ceteris satisfacio omnibus, hic vnum habes membrū. Alterum sequitur, mihi ipse nunq̄ satisfacio. Idem in lib. iij. Accepi perbreues tuas literas, quibus id quod scire cupiebam cognoscere nō potui, In lib. i. Aulo Trebonio, qui in tua prouincia magna & ampla & expedita negocia habet, multos annos vtor familiariter.

EXEMPLA PERIODI CONSTAN- tis ex quattor membris.

Cicero in lib. epistolæ primo, periucundæ mihi fuerunt tuæ literæ, primū membrum. Quibus intellexi, te perspicere meā in te pietatem, Secundū membrū, quid em̄ dicam beneuolētiam

nevolentia? Tertium, cum illud ipsum grauissi-
mum & sanctissimum nomen pietatis, leuius mihi
meritis erga me tuis esse videatur, En habes
quartum membrum, Seruius Sulpicius ad
Ciceronem, Et si scio non iucundissimum nunc
cium me vobis allaturum, Primum membrum,
Tamen cum casus & natura in bonis do-
minatur, Secundum membrum, visum est facien-
dum, Tertiū membrum, vt quomodo se res habe-
ret, vos certiores facerem, quartum membrum
aliquando periodus ex tribus membris cōpo-
situs est.

EXEMPLVM PERIODI EX TRI- bus membris cōpositæ.

Cice. lib. Epistolarum. ij. ad Curionem, Gratū
teste priuatus sum amoris, summi erga te mei
patre tuo charissimo viro, Primum membrum, qui
cum suis laudibus, tum viro te filio superaret,
omnem fortunam. Secundū membrum. Si ei
contigisset, vt ante te videret quod e vita, discede-
ret, tertium membrum, &c.

Nō raro periodus ex quinque membris cōficitur.

EXEMPLVN PERIODI EX quinque membris constitutæ.

Cicero libro epistolarum quarto ad Marcel-
lum, Etsi per paucis ante diebus dedi Q. Mus-

F iij tio

tio literas, ad te pluribus v̄bis scriptas, Primū
membꝛꝫ oratiōis, quibus declarauerā, quo te
animo censerem esse oportere, & quid tibi fa-
ciendū esse arbitrarer, secundū membrū, tamē
cum Theophilus libertus tuus ꝑficisceretur,
tertium membrū, Cuius ego fidē erga te be-
neuolentiamq; perspexeram, quartum mem-
brū, sine meis literis eum ad te venire nolui,
quintum membrū. Sed de periodis satis, quas
pueris curæ esse cupio, Nam periodorum &
cognitio & obseruatio, ad plurima conducit,
principio periodi faciunt, vt oratio nostra re-
cte cohereat, Eteḿ in periodis semper sequēs
ꝑcedētis vel aitiologiam vel similitudinē vꝫ
correctiōnē, vel aduersatiuā cōplectit̄, ita vt
non aliter atq; in corpore mēbra coherent, ita
mēbra in oratiōe cohereāt, verbi gratia, Cice-
ro in lib. epistolarū primo, in epistola ad Len-
tulum in exordio, prima periodus hanc sentē-
tiam cōplectitur, Ego om̄e officium meū, seu
potius pietatem, vt tibi regis reductio decer-
natur, ita ꝑesto, vt nemo existimet, quicq; a
me pretermitti, aut diligentius effici posse, aut
debere, hęc ē ꝑria period⁹ mihi at nō sic videt̄,
q̄ quantū ꝑ te faciam min⁹ officio meo duco,
hęc est secūda periodus, sequens cōplectitur
aitio

aitiologiam, hoc modo, Tam magna enim
tua erga mea sunt merita, ut quoniam tu
nisi, impetrata mea ab exilio restitutiōe p̄ me
agere nō desisti. Ego quia in tua causa ut sci-
licet regem reducas, nō q̄q̄ q̄d cupis efficio,
in suauem vitam mihi putem, post hec refert,
varias causas. propter quas, id q̄d Lentulus
velit, efficere nequeat, hic vides, quomō perio-
di obseruatę in Cicerone, efficiāt, ut sententię
aptissime cohereant. Deinde periodi cōdu-
cunt, ut in aliorū scriptis facile deprehendere
possimus, vbi sint mutilatę sententię, vbi
pars argumenti, vbi cōclusio, omīssa sit. Pos-
tremo periodi p̄stant, ut in scriptis aliorum,
sententiarum ordinē cōsequamur, id q̄d ad in-
telligendos autores, valde vtile est, verbī gra-
tia, in exordio oīois Cicerōis pro Archia poe-
ta, prima periodus hanc sententiā cōplectitur.
se debere Archiam poetam defendere, vel se
debere pro eo dicere, sequēs periodus aitiolo-
giā ostēdit, cur nam p̄ Archia dicere, debeat,
quia Archia ei princeps studiorū fuerit, Tertia
cōtinet argumentum a minori ad maius, hoc
modo, si alijs sepe in iudicio adfui, quanto ma-
gis Archiæ adesse debeo, ut a quo, ut in iudi-
cijs causas pro amicis dicere possim, informa-

F v tus

nis sum. En q̄; belle, sentētias c̄ordiū oratio-
nis, Cicerōis p̄ Archia poeta, cōsequimur, dū
in periodos ip̄as animum intencimur, Cōmo-
da, periodorū p̄pterea, tam multis declarauī,
vt pueros ad periodos in epistolis obseruan-
das inuitarē. Venio nunc ad numeros, q̄s etiā
in cōpositiōe orationis necessarios esse, supra
diximus.

DE NUMERIS ORATIONIS.

Numerus, Autore Trapezontio, est quæ
ex obseruatiōe collocatiōis, atq̄ clausulæ pe-
dum cōficiūt orationis sonoritas, atq̄ modula-
tio, de numeris varia & difficilia p̄cepta tradū-
tur, tam a Cicerone, q̄; Fabio. At puero sa-
tis sit, si sciat, qui pedes, seu numeri, in princi-
pio oratiōis, qui in medio, qui in fine, ponen-
di sint.

PEDES QUI IN INITIO ORA- tionis accomodati sunt.

Creticus pes ex breui, inter duas longas
cōstans, vt literas a Cretico orsus est Cicero
lib. epistola .ij. ad Caninium, litteras a te mihi
stator. &c. Itē libro epistolarū .ij. ad Appiū
Quum meum factum. &c.

Anapestus ex duabus breuibus & longa
cōstans, a quo orsus est Cicero lib. epistolarū
ad

ad Appium, vehemēter te esse sollicitum, lib.
epistolarū. vi. ad Cecinnam, quotiescūq; filiū
tuum video, &c.

Dactylus ex longa & duabus breuibus
cōpositus, Sic in epistola Cicerōis ad Celium
Sollicitus equidem eram de rebus, &c.

Spondeus ex duabus longis cōstans, Ci-
cero in epistola ad Appium, Quū est ad nos
allatum de, etc. Et in epistola alia ad Appium
Cum essem in castris etcet. Et rursus, Qua
si diuinarē. &c.

Molossus ex tribus longis cōstans, Cicero
ad Marcellum, & si per paucis ante diebus. Et
ad P. Nigidium, querenti mihi. &c.

Iambus ex breui & longa cōflatus, Cice-
ro ad Marcellum, Etsi nihil noui, &c. Itē ad
Torquatum, Noui quod ad te scriberem ni-
hil erat.

QVI PEDES FINI ORA- tionis cōgruant,

Finis Orationis congruunt, Ditrocheus, p
uidebo apud Ciceronem in epistola ad Len-
tulum, Idem ad Curionem, in adolescentia
tua conquiescat.

Bacchius pes vna breui, & duabus longis
cōstans, Cicero in epistola ad Lentulū, id ma-
iori

iori illi fraudi, quæ tibi futurum. Idem ad Lentulum
quos caneres.

Amphibrachus, ex longa inter duas breues
Cicero ad Lentulum, Implicatus tenebar, Idem
facilia sunt ea quæ a me de Vatinius & Crasso
requiris.

Molossus Cicero ad Lentulum. Ne tibi idem
reponam, quum veneris tamen possim, ab-
senti, Cicero ad M. Cælium. lib. ij. Epistolæ
rum, desiderio me vrbs afficit, & omnes mei
tuque inprimis.

Epitritus Cicero lib. iij. Epistolæ ad Appi-
um ne quid de summo meo erga me te amo-
re detractum esse videatur.

QVI PEDES MEDIAE sententiæ conueniant.

In media sententiâ breuibus longos admis-
cebimus, verbi gratia, Cicero ad Lentulum
ita scribit, tanta enim magnitudo est tuorum er-
ga me meritorum, vt quum tu nisi perfecta re, de
me modo conuiuisti, ego, quia idem in tua causa
non efficio, vitam mihi esse acerbam putem. &c.
hic vides, quæ crebis iambris pedibus breuibus,
pedes longos sponte admiscuerit.

Si hæc quæ dixi de numeris Oratiōis pu-
er sciuerit satis superque erit, vbi vero cum æta
te ius

te iudiciū illi maius accesserit, pleni⁹ quoq; in
ratione, numerosæ orationis institui poterit.
Quod si puer numeroꝝ rationem in oratione
obseruare nequit, Curet sedulo, vt periodos,
effingat, in quas, Cicerone autore, numeri no
bis non animaduertentibus incurrunt.

RACIO LEGENDI ET REPETEN
di tam Poetas, quam Oratores, per
Christophorum Hegendor
phinum.



N OMNIBVS rebus nō tam
refert quid fiat, quam qua ratio
ne fiat, Nam multi sedulo quidē
rebus honestis & vtilibus vacāt,
sed quia rationis, qua rebus vaca
re debent ignari sunt, aut parū, aut nihil fru
ctus capiunt. Id quod cū in alijs rebus, tum in
repetēdis autoribus, q̄s discipuli a præceptori
bus audiūt, sepe vsu venit. Etem nō parū mul
ti sunt iuuenes, qui diligēter autores, qui docē
tur, repetūt, sed quia rationē, q̄ inter repetendū
vti debēt, ignorāt, p̄inde oēm operā frustra
sumūt. Ego vt iuuenib⁹ studiosis, pro mea vi
rili consulam, paucis, certam & vt mihi vide
tur, frugiferam, repetendi, bonos autores, viā
īpis

ipsis indicabo, tacite etiam rectam legendi rationem, demonstraturus.

Iuuenis a preceptore, cui ad humanitatem informandus, concreditus est, aut poetam aut Oratorem audit. Si poetam audit, domum a prelectione reuersus, primo omnium subinde repetat, quod poeta doceat. Nam hoc modo, omnia, quae in toto poeta traduntur, negotio minori percipiet. Deinde quo orationis genere usus sit, cogitabit. Quod si a preceptore suo poetam humili orationis genere usum esse audiuit, etiam atque etiam videat, ut ex illo poeta uno, humilis characteris rationem totam perdiscat.

Porro ne quid iuuenem lateat, humile dicendi genus, est oratio, non ultra sermonis quotidiani consuetudinem excedens, non verbis non sententijs ullis grauius expolita. Quo genere orationis Theocritus inter poetas graecos, in Idyllis, Virgilius inter poetas Latinos, in Bucolica, usus est. Quod si poeta mediocri dicendi filo utitur, discipulus domi suae rationem tractandi hoc orationis genus, summo studio discat. Voco mediocre dicendi filium, orationem ultra quotidiani sermonis facilitatem insurgentem, verbis paululum ornacioribus, ornatam, sententijs grauioribus excultam, quo genere orationis Hesiodus

5
dus inter grecos poetas in libris Agriculturae, Virgilius inter latinos, in Georgicorum libris, usus est. Cū poeta sublimē characterem adhibet, discipulus inter repetēdū in hoc omnes intēdet nervos, vt illius characteris venas oēs scrutetur, & deprehendat. Sublimis character est oratio, verbis ornatissimis, magnificentissimis, rebusq; grauissimis, exornata. Quo genere characteris Homerū in libris Iliados, & Odissēe, Virgilium in libris Eneidos vsum esse constat. Præterea vbi discipulus a præceptoribus vsum poetarum accepit, inter repetendum, ea, ad quæ præceptor poetam conducere dixit, sedulo venetur. Conferunt vero poetæ oēs, partim ad eloquentiā alendam, partim ad rerū copiam, comparandā, Eloquentiā quidē, nam mira est, in poetis verborū elegantia, mira proprietas, mirabilis copia, Proinde discipulus, inter repetendum poetam, vocum elegantiorū rationē habeat, verborū proprietatē obseruet, verborum copiam annotet. Ad hæc cum poeta in verbis liberior sit, quā orator, discipulus a præceptore troporū, quibus poeta aliquis vtitur admonit⁹, eos summa cura obseruet. Præter hæc iuuenis decori elocutionis, qua poeta omnia explicat, admonitus, diligētissime

ligētissime eam domi suæ repetāt, nam hoc & ad iudiciū facturum est plurimū, & ad imitationē presentissimum existit. Taceo hic aptam inuentionē ornatam dispositionē. Pretereo hic schemata sententiarū, schemata verborum, quæ Poetis cum Oratoribus communia sunt, quæ omnia ubi discipulus a præceptore audiuit, domum regressus, studio pertinaci repetet. En ostendimus hæctenus, quomodo eloquentiæ cura, in poetas repetendos habenda sit maxima. Restat rerum cognitio, quæ a præceptoribus discipulo ostensa, inter repetendum neglectui habenda non est. Voco vero, ut obiter etiam hoc moneam, rerum cognitionē, ea, quæ vel ad naturam rerū propius cognoscendam cōducūt, atq; hic cōplector physicam, & oēs artes mathematicas. Voco rerum cognitionē, vel ea quæ ad mores formandos faciunt, vel ad rēpublicam gubernandam, vel rē domesticam administrandā emolumēto sunt. quorum omniū cū poetæ oēs, tum Virgilius noster, ut in alijs libris, ita in Georgicis refertissimus est, quorum omniū exepla pauca, monēdi iuuentutē gratia, proferemus. ad naturam rerum cognoscendā facit illa vsus poete in primo Georgicorum, V runt letheo perfusa papauera somno,

no. Nā hic versus, naturam Papaueris ostendit, vt quod cōmestū, somnū, letheum, id est obliuiosum inducat. Ad rerum naturam cognoscendam, & illud quod Poeta in eodem libro scribit facit Amurcā, id est fecē olei, iuuare semina, vt fructuosiora sint. Ad rerū cognitionem faciunt, quę in lib. .i. de ortu & occasu, de effectu, de portentis syderū cœlestium scribit, Ad mores formandos facit illud, quod poeta in lib. i. Georgicorū scribit. In primis venerare deo atq; annua magnę Sacra referens Cereri, &c. Siquidem his versibus hortatur nos, vt in rerum prouentu, e dei auxilio pendeamus, sperantes tunc demū foeliciter omnia prouentura, quando deū veneremur. Ad mores formandos facit illud in secūdo Georgicorum. Vsq; adeo a teneris assuescere multū. Nā hortatur nos, vt a teneris, vt greci dicunt, vng uiculis pueros nostros, recte beneq; educem⁹ quod ita fere viuamus iuuenes, ita fere viuamus senes, vt pueri assueti sumus. Ad uores utile est illud quod Virgilius in lib. iiii. Georgicorū de apibus scribit, quod regem venerentur, comitentur, obseruent. Quę omnia docent nos, vt magistratibus nostris, honorem iustū habeamus, eos colamus, obseruemus. Ad rē
G publicā

publicam regendam cōducit illud, quod Virgilus de rege apum scribit, quod ipse quidem nō laboribus vulgaribus distringatur, sed vt aliæ apes in labore sint, p̄curet. Qua in re docentur magistratus, vt ipsi solius reipublicæ curam suscipiant, & ocium, qđ ciuitatū venenū est, a subditis procul abesse procurent, Ad rē domesticā gubernādā, hī quattuor Georgici libri cū primis vtilis sunt. Nā ex his, cuiuscūq; ordinis homo discit quādo, quomō arare, ferere, metere debeat, Ex his libris nemo nō discit quomodo arbores, vites colendę sint. Qua ratiōe om̄is generis pecora tractari debeant. Ex his libris nemo nō discit, quomō apes, vt mella cōficiant preparandę sint, q̄ tempore faui eximēdi sint, quę mella optima, quę pessima existāt. Et vt maxime, nec agros, nec hortos, nec pecora, nec apes habeas, tamē mire & iucundū, & honestū ē, rerū naturas cognitas habere, rationem colendi terram, serendi arbores nō ignorare, Nam quando deus omnia in vsus hominū creauit, honestū est hominē, earū, quæ sua causa creata sunt, rerum naturā, & effectū perspectos habere. Ad hoc, quando voluptas est summa, tantā rerū a deo creatarū copiam, omnibus in locis cōspicere, an nō etiā voluptas

tas

tas magna erit, rerum istarum causas, naturas, effectus, probe cognitos tenere. Ad rerum cognitionem pertinent nobiles, poetæ, in his libris rerum variarum descriptiones, cuiusmodi est, in li. .i. descriptio signorum, quæ cædem Iulij Cæsaris, portenderunt, Cuiusmodi est in lib. ij. Descriptio veris, & descriptio vitæ rusticæ. Cuiusmodi est descriptio pestis in lib. iij. Et hæcenus quidem usum poetarum & maxime lib. Georgicorum, paucis ostendimus, ut inter repetendum iuvenes usum librorum observent, & in aliorum poematum lectioe ad usum, ceu statuatam quandam Mercurialem respiciant. Hoc enim modo poemata repetita, commodum magnam iuuenibus adportabunt, Hinc est quod Crassus apud Ciceronem poetas, Oratori legendos esse putat, Hinc est quod Cicero in oratione pro Archia poeta, poetas ad alendam facundiam conducere scribit. Siquidem ex poetis & verborum & rerum copia comparatur. Postremo inter repetendum poetas, curabit iuuenis, ut ea quæ insigniora sunt memoriæ commendet, & in poeta audiendo stilum exercent. Bisariam vero iuuenis in poetis stilum exercere potest, aut dum versus poetarum in profam redigit, aut dum versus poetarum versibus alijs, verbis mutatis, sententia servata red-

G ij dis

dit, Exemplū primi est Virgilius in. i. Georgi-
inquit, Labor improbus oīa vincit, & durans
urgens in rebus egestas. Hos versus ita in p-
sam vtere possumus. Nulla sunt, quę nō labor
improbus vincat, & nulla nō, egestas, reb⁹ no-
stris adstrictis vincit, Exemplū secūdi, in ex-
ordio lib. i. Virgilius ita proponit, Quid faciat
lætas segetes, &c. Quod exordiū alijs versib⁹
sic reddi potest, Quid reddat lētam terram, q̄
sydere cœli, Expediat terram ferro proscinde-
re, & vlmis, Expediat vites iunxisse, boū, peco-
rūq; Atq; apiū quę cura bono sit habenda co-
lono. Dicere Męcenat statuo. &c.

Hęc exercitacio preterq; quoq; poetę sen-
sum manifestū reddit, verborū etiā nos diuis-
res facit. Hęc quę iam ostensa est, recta &
frugifera, repetendī cuiuscūq; generis poetas,
ratio videtur, qua si iuuenes vtantur, nō po-
test fieri, quin fructū ex Poetis magnū aufse-
rant.

Oratores tam grecos, q̄ latinos, iuuenis ita re-
petet, vt p̄ter vborū copiam & cultū, alia quę
dam, ex illis aufferat. Nam inter repetendum
oratores, iuuenis a p̄ceptore admonitus, pres-
sis, vt aiunt, oculis introspiciet, inuentiōis acu-
men, collocationis decorū elocutionis pprieta-
tem,

tem, argumētandi robur, Inter repetendū oratorē iuuenis obseruabit exordiū, a quo orator exorsus est, rationē. Obseruabit quam aperte Orator diuidat, & parciatur mēbra orationis. Obseruabit narratiōis lucem, Obseruabit ppositionem e narratione natam, obseruabit cōfirmationem ppositionis, tū q̄modo Orator sepe themate relicto, in locos communes expacietur, quomodo apte ad thema ppositum redeat. Obseruabit q̄ Epilogorū rationem. Hęc oīa semel atq̄ iterū, in aliquo Oratore obseruata, & iudiciū in aliorū oratorū scriptis cōparant, & nobis imitandī materiā prebēt. Ad hęc obseruabit iuuenis inter repetendū oratorē, q̄ apte orator Periodis, i. ductibus orationis vtatur, vtputa q̄t mēbris, & quā aptis Orationem concludat, quā bellis cōmatis & incisis intersparsis orationem varieget.

Exemplū potest sumi ex oratione Cicero- nis p Milone, vbi sic exorditur. Etsi vereor iudices &c. nos sensum reddemus. Quāuis vereor iudices, ne mihi Ciceroni dicenti pro Milone, quem magis salus reipub. quam sua sollicitū habet, turpe futurū, sit si i inicio Oratiois timeā. Hoc vnū periodi mēbrum est, Tamen vereor inquit Cicero, quia in iudicio hoc, non

G iij fit

fit quod antea fieri solitū fuit, Secundū perio-
di mēbrū est. Non enim ij adsunt, qui adesse
communiter iudicijs solent. Tertiū periodi
membrum est Incisa interiecta periodo facile
obseruari possūt. periodi obseruatę inter repe-
tendū, hoc commodabūt iuuenibus, vt & imi-
tari Oratores, quos audiunt, queant, & oratio-
nis suæ membra aptę cohereant. Nam in perio-
dis ita fere fit, quod insequens fere, preceden-
tis causam complectat, aut exemplū, aut cor-
rectionem contineat. Exemplū est in exordio
Ciceronis p Milone, Vbi primū proponit, si
bi dicenti p Milone, turpe futurum, si timeat.
Mox sequitur correctio, tamen se honeste pos-
se timere, causæ adduntur, quia oīa noua in iu-
dicijs videat, quia ij, qui adesse iudicijs solent,
nō adsint, quia omnia templa, armatis militib⁹
plena sint. &c. Ratio periodorū sic obseruata
facile pstat, vt & nos inter scribendū apte con-
nectamus orationis mēbra. Et vt obiter hoc
moneā, qui addita oratiois luce, periodorū rati-
onem vna cū grāmatica verborū compositio-
ne, in Cicerone repetendo obseruat, & imita-
tur, is facile, ad ductū stili Ciceroniani, q̄quo
modo imitandū prouehi potest. Ad hec om-
nia, Iuuenis inter repetendū oratorem, obser-
uabit

uabit, qui pedes in inicio orationis, qui medio, & fini, cōgruāt Et vt obiter hoc moneā ī inicijs orationū fere Dactyl⁹ ponitur, i. pes ex longa & duab⁹ breuibus syllabis constans. Sic exorditur orationem inuectiuam secundam in Catilinam, Cicero Tandem aliquando. In inicijs additur & anapestus, id est pes ex duab⁹ breuibus syllabis & longa syllaba cōpositus, in exordio oratiōis p Milone. Etsi vereor Iudices, inicijs accōmodatur, & peon id est pes ex trocheo & pyrrichio constans, ex longa & breui syllaba constat Trocheus, Pyrrichius pes constat ex syllabis duabus breuibus. Sic in quarta Verrina. Multa mihi necessario, principio orationis adhibetur, spondeus, vt in prima verrina. Si quis vestrum iudices, Principio orationis & molossus, i. pes ex tribus longis cōflatus, accōmodatur, vt in lib. quarto epistolarū apud Ciceronē, Querenti mihi iā diu, &c. Principio oratiōis & Epitritus apponitur id est pes vel ex iambo & spondeo, vel Trocheo & spondeo constans. Preterea tam Iambus q̄ Pyrrichicus inicijs accōmodatur, vt in inuectiua in Catilinam apud Ciceronem, eademū magna voluptas est. &c.

G iij

In fine

In fine cōperiunt̄ Ditrochei. i. duplices trochei.
ei. Sic Cicero in orōne p̄ Quintio. Eadē vsq̄
ad rogū p̄sequet̄, Sic cōparandus in oratiōe
p̄ Sexto Roscio, Fini oratiōis adpergitur,
& Bacchius. i. pes ex breui & duabus longis
constans, vt p̄barim, Fini orationis adhibet̄,
& Amphibrachus. i. pes ex longa inter duas
breues constans, vt amauit. Fini oratiōis &
molossus adiungitur. Sic Cicero in lib. episto-
larū. v. Tametsi bis eū inuitū seruauī.

Medio oratiōis, vt Fab. lib. ix. autor est, cōue-
nit pedibus breuibus longos miscere. Breues
pedes sunt, Dactylus, Creticus, Anapestus, Iam-
bus. Longi pedes sunt, molossus, Spōdeus. Ex-
emplū in Oratione p̄ Milone.

Spōdeus, anapestus, anapestus, iambus, iambus

Et si vereor iudices, ne turpe sit,
spōdeus, creticus iambus dactylus

p̄ fortissimo viro dicere, incipiētē timere. & c̄

Deniq̄ inter repetendos Oratores, Iuuenis
obseruet, schematū varietatem, decorū, Iuue-
nis obseruet locos cōmunes, in quos Orato-
res sepe excurrunt, Tum nec ea negligat, que
ad mores formandos faciūt, Nam sicut in ora-
toribus preclara exempla virtutum, ita etiam
notabilia vicioꝝ exēpla existūt. In Oratiōe p̄
Milo

Milone, preclaræ exemplum virtutis pponit,
q̄ Milo de reipublice salute magis q̄ de sua p̄
turbatus fuerit, q̄ Milo lubens mortem oppes
tere voluerit, dū modo cæde Clodij res publi
ca a seditionibus liberata esset, In actionibus
Verrinis, vicioꝝ exempla innumera a Cicero
ne referuntur. Occurrunt & in Oratoribus ea
quæ ad politicam faciunt, quæ om̄ia a iuueni
bus, inter repetendum obseruabuntur, Vt au
tem hæc quæ dixi, obseruata felicius, teneri pos
sint, loci certi parandi sunt, in quos ea quæ vel
in poetis, vel oratoribus obseruauimus diligẽ
ter redigamus.

DECLAMACIUNCVLA DE
RECTA STVDENDI RA
cione, a puero pronūciata.



Volent pleriq; nostrū, iucundissimi
condiscipuli, non raro querere
quinam fiat, quod cum non pa rū
multos annos in studijs bonis cōs
triuerint, nōdum tamen tolerabi
lem studioꝝ suorum fructū sentiant. Ego ve
ro quamuis adolescens, nullam aliam causam
quod e studijs nostris nihil cōmodi aufferim⁹
esse, video, quam quod recte ingrediundi stu
dia via ignari, huc illuc incertis oberramus it
G v nerib⁹

neribus. Nam vt viator citius eo, quo conteri-
dit, peruenit, qui viarum gnarus est, quam qui
nescio quos Meandros ingressus, quā viam in-
sistat, quo tendat, prorsus in salebra, quod aiūt,
heret, ita iuuenis is, vt & mea fert opinio, citi⁹
aliquo tenus in literis progreditur, qui re-
ctam studiorū viam ingressus est, quam qui iā
huc, iam illuc rapitur, Quod ad me attinet ma-
gnis sepe votis hoc vnum expetiui, vt
Preceptor quidam mihi obtingeret, a quo in
rectā studiorū viā induci possem, Verū quādo
deus optimus maximus nūc̄q̄ pijs votis deesse
solet, obtigit tandē mihi Christophorus Hes-
gendorphinus p̄ceptor prorsus ex animi mei
sententia, qui cū primū me ad humanitatē in-
formandū ad se recepisset, pro boni preceptoris
officio, quod oppido cōpendiosū ingrediū-
di recta studia iter sit, cōmonstrat, id quod cū
mihi nuper ingresso, valde placuisset, nō potui
p̄ meo erga vos condiscipulos meos charissi-
mos studio hoc iter vobis inostēsū relinquere.
Prodiū igitur in publicū nulla alia gratia, quā
vt studijs vestris cōsulam. Ambitio sane me
nec leuiter perstringit. Quid em̄ honoris ex
hoc declamandi munere venari possū? vt qd̄
tam primū subiui, Cū vero ea quę primū ado-
lescētes

lescētes experiunt̄ raro ex voto succedāt, & p̄
inde laudē mereāt̄ parua, ego quod iā d' deo in
genij̄ mei tyrocinium daturus, quiduis potius
quā me laudē a vobis relaturū, existimaui. Me
a vobis nō grauatim auditū iri, hec res, de qua
iam dixi, vnica, mihi persuasit, quod scilicet ani
mo studia vestra iuuandi, huc venerim. Sed
ne vos viē studiōrū, quę mihi a p̄ceptore meo
charissimo ostensa est, cupidos diu suspendā,
agite quę illa sit, paucis a me accipite, Accipis
etis vero, ea non quę mihi adolescenti imperi
to rerum, sed preceptorī meo optima
visa sunt. Primo oīm is qui in litteris bonis ci
to p̄gredi cupit, etiā atq; etiam videat, cui Pre
ceptorī se formandū fingendūq; cōmittat. Nā
vt in artibus illis sellularijs, vtī vocant, discipu
lus citius a perito quā imperito magistro artē,
cui discēde animū adiecit, cōsequitur. Ita & in
artibus liberalibus, multo citius a doctis quā
indoctis preceptoribus, recte instituimur. Et
em̄ ij, q̄ docti sūt, recte docent, Qui vero recte
docēt, perspicue doceāt oportet, At qui perspi
cue docent, citius quā qui obscure tradunt, a
discipulis intelligunt. Dum autē discipuli pre
ceptores suos intelligunt, qui nam fieri potest,
vt nō ex illorū prælectiōibus quottidianis in
dies

dies abeant doctiores. Nam vt is qui in sole
multum ambulat etiamsi nolit, etiamsi non
cogitat, coloratur, Ita qui preceptorum & quidem
eruditorum prelectionibus sedulo interest, etiamsi
si aliud agat, aliquid, quod studio suo pro
sit, secum aufert. Siquidem vt lana sepe colore quod
dam tincta, tandem colore illo inficitur, Ita mens
hominis, eadem sepe audiens, tandem illorum cog
nitionem omnibus numeris perfectam induit, Cete
rum vt non in pictore per omnia situm est, vt quis re
cte pingat, vt non penitus in statuario situm est,
vt quis recte sculpat. Ita nec in preceptore per
omnia situm est, vt aliquis nostrum doctus euadat.
Proinde discipuli erit, ubi, iuxta doctum & fide
lem preceptorem nactus est, sedulo duo prestare,
Tum vt pius erga deum sit, Tum vt ea que ei
cum primis necessaria & utilia sunt, primo quocumque tempo
re condiscat, pius erga deum erit discipulus,
dum ab eo totus pependit, dum studiorum suo
rum progressum, a deo solo, qui omnis sapientie
& scientie fons, & caput existit, obnixis precibus
contenderit, Pius erga deum discipulus
erit, dum nullo in studiis successu elatus, metu
it, ne is qui tam feliciter suis studiis adspirauit,
mox mentis tumore offensus studiis prorsus
reflet. Nota est enim illa Petri sententia, Super
bis

bis deus resistit, humilibus autē dat gratiā, Superbi sunt, qui vel a deo, ea, quibus opus habēt nō petunt, in eā sententiā adducti, se suo studio, opera, industria, omnia consecuturos esse, vel qui deum donorū, quibus, excellunt, dato rem quidē agnoscunt, sed mox donis acceptis arrogantia excecati, ea a Deo auferri nō posse confidunt, Humiles vero sunt, qui & omnium rerū, quas habēt, deū autorē, cognoscunt, & proinde illi grati sunt, & rerum etiam vindicē credunt, & proinde illum ex animo metunt. De pietate, quā nos bonarū literarum cultores, debemus deo, satis dictū est, Venio ad studia, q̄ nobis omnib⁹ apprie necessaria & utilia scitu existūt. Studia vero sunt Grammatica, Dialectica, Rhetorica. Grammatica prestat, vt pure & caste loqui possimus, Grammatica prestabit, vt verborū, quibus inter loquendū op⁹ est, significatiōes, exploratas habeamus, Est em̄ grammatica verborū interpres & magistra, Dialectica prestabit, vt quando de re aliqua nobis sermo institutus est, appositæ & distincte dicamus. Dialectica prestabit vt ambigua explicare, recte colligere, male collecta reprehendere, rerum cōsequentias, rerū pugnanciā adamussim deprehendere possim⁹, Que omnia

nia

nia, quã ad rerum tractationẽ oppido necessa-
ria sint, nemo nõ nostrũ, si vel cõmuni sensu
abundat, intelligit. Rhetorica prestabit, vt cõ-
positæ, ornate, & copiose de re qualibet dicere
queamus. Res admodũ ijs, qui ad scribendum
animos adpulerunt, necessaria, Videmus em̃
quam nos iuuenes, Rhetorices opera destituti
exiliter & inepte, de rebus etiam tractatu faci-
limis, dicamus, En istę artes tres, Grãmatica,
Dialectica, Rhetorica, nobis si illico magnum
ex studijs fructum capere volumus, & si rec-
tum studiosorũ iter ingredi cupimus, discende-
erunt. Vt vero istę artes negotio minori a no-
bis discantur, vsus, qui vt Ouidius inquit, arti-
fices vnus facit, foeliciter prestiterit, Proinde
inter discēdos Grammaticorũ canones, Grã-
matice colloquemur, vt canonũ grammatico-
rũ difficultatem quottidiana loquendi consue-
tudine molliamus. Dum nobis preceptor vel
Dialectices vel Rhetorices tradit p̃cepta, nos
discipuli illius vsus, qui, vt Cicero inquit, om-
nium magistrorũ precepta, superat, adhibebi-
mus, themata iam simplicia, locis ad id selectis
tractabimus, Themata cõposita argumenta-
tiõis speciebus, modo p̃babim⁹, modo impro-
babimus, subinde in publicam harenã literato-
riam

riam descēdentes, vel theses vel hypoteses ab
Aganotheta quodam prepositas, nunc cōfir-
mabimus, nunc infirmabimus, Quibus ratiōi-
bus, sine magno labore, iuxta dialectices &
rhetorices periti euademus vt qui maxime, lu-
cem eīm preceptis, vsus adfert, & facile discun-
tur ea, que a nobis quottidie exercentur, Verū
postq̄ in his artibus satis feliciter versati su-
mus, Linguis quoq̄ discendis, animū adijcie-
mus, que, ad studia, sublimiora, viam maxime
cōpendiariam premuniēt siue eīm Theologiæ
animū adiunxeris, siue Iurisprudentiæ nomen
dederis, siue hominū saluti vt cōsulas, te tradi-
deris, linguarū cognitiōe peropus erit. Nam
Theologia tota, lingua Hebrea, Greca. Et si
interpretes illos ecclesiasticos respicias, lingua
latina conscripta extat, In Iure Ciuili adeo mul-
ta Greca inserta sunt, vt nunq̄, lingue Græcæ
imperitus, Inoffenso pede, In illo inerrare pos-
sit, In re medica, vix verbulum aliquot profer-
tur, quin aut totum Grecū sit, aut greco e fon-
te manauerit. Eat nunc aliquis & linguarum
studia ociosorū hominū pistrinū esse blateret.
sed antequā, aliquis nostrū vel Theologiæ, v^l
Iurisprudentiæ, vel medicinæ animū dediderit
mathemata ne negligat, Mathemata voco,
Astro

Astronomiã, Astrologiam. Musicam, Geometriam, que quã vehemẽter ad sublimia studiorũ genera, cõducant, in presentia quam longũ, tam etiã molestũ esset referre, porro quũ Physices, & totius philosophiẽ moralis cognitio, plurimũ etiã opis ad sublimes studiorũ professiones addat, nõ errabimus nos, si & in illis philosophiẽ partibus, gnauiter desudemus. physica, Theologo, vt nihil aliud cõmodi, hoc certe adferet, vt lapidum, gemmarũ, herbarũ, animalium, arborũ, & rerum huiusmodi, quarum literaẽ sacre plene sunt, naturam & vim pbe exploratam habeat. Moralis philosophia hoc cõmodabit Theologo, vt quam humane rationis iudicium in rebus fidei, caliget recte perspiciat. Iuriscõsulto philosophia naturalis hoc cõmodi adferet, Vt si de veneficijs, abortu, vulneribus ei dicendum sit, non tam ridiculã, nõ tam ineptã dicat, quam cecus, vt in puerbio est, de colore dicere solet, At cum tota Iuriscõsultorũ disciplina ex philosophia morali manauerit O quam bonam operam collocabit Iuriscõsultus futurus si ea, e quibus tota sua professio, fluxit, melius quã vngues suos teneat. Quid vero multis probem philosophiam omnẽ medico, apprime vtilem esse, cũ vulgo etiã dici

dici soleat medicum citra philosophiæ cog-
nitionem, mutam quandam ex Comedijs perso-
nam existere, hic dixerit aliquis, quorsum hæc
tendunt, nōne quæ dicis ad studioꝝ rationem
certam mōstrandam faciunt? Audite, ea quæ
dixi, huc tendunt, vt quando cōpendiosissima
ad emergendū in studijs via ē, alicui certæ dis-
ciplinæ sese addicere, non ignoremus, ea, si-
ne quibus ad disciplinam, cui nos totos dede-
re stat ratio, peruenire nō possumus. Atq; vti-
nam, sic em̄ Preceptor meus iudicat, omnes
nos, certam aliquā disciplinam nobis p̄pone-
remus, in qua per omne eum conquiescere
vellemus, nō dubiū est, quin dum nos ad disci-
plinam illam, quæ senectutis nostræ portus fu-
tura sit, tum remis, tum velis accingimus bre-
ui studioꝝ nostrorū fructus vberrimos per-
sensuri essemus, Nam vt viator, dum sibi aliq̄
eundem esse, scit, rebus quibus ad iter opus ha-
bet, cōparatis, citius quo vult pertingit, q̄ dū
rerum ad iter necessariarum, rarione nulla ha-
bita, prorsus imparatus iter ingreditur, ita &
studiosus aliquis, qui sibi certum studiij genus,
in quo subsidere vult, p̄ponit, artibus, quibus
ad studium id peruenitur, cōparatis, multo ci-
tius voti sui cōpos euadit, q̄ qui illotis quod
H aiūt

aiunt pedibus, in aliquod sublimiorum, studi-
orū genus irrumpit. Ea quę hacten⁹ dixieo cō-
ducunt, vt proposita certa alicuius studiū me-
ta, ad hanc omnes labores, omne ociū, omne ne-
gocium, cōferamus, quod si vero, vt mille re-
rum species sunt, nec voto viuatur vno, nō om-
nib. cordi est, in aliquo sublimi artium genere,
cōquiescere, huic ex preceptoris mei cōsilio, lō-
ge optimū erit, vel Oratorię facultatē, vel poe-
ticę professionē, vel linguarum scientiam sibi
proponere, atq; in aliqua harum rerum ita ela-
borare, vt aut omnes equales nostros longo
iteruallo præcurramus vel nemine, sim⁹ infe-
riores, Nam friget, orator, hoc presertim secu-
lo, nisi sit valde insignis, Iacet poeta, nisi existat
egregię excellens, Ridetur linguarū professor
si nō omnibus numeris absolutus reperiatur.
Nec est, id quod etiam p̄ceptor meus dicere
solet, quod metuamus ne quādo hoc tēpore,
Oratorię, poetice, linguis habeēt honos exigus-
us, fore, vt si ad aliquam harum artium, animū
traducamus, fortiter esuraturi, in glorię victuri
sim⁹. Hoc p̄ceptorī meo videtur mox artia-
bus iam dictis, honorē magnū, habitum, & p̄-
mia amplissima propositū iri, vel ad gratiā vel
ad opes, id quod vt credamus, res ipsa indicat,
Nam

Nam quæ pauci sint, qui his se studiis excolant
videmus, nec, alia studia, sine Oratoria sine
Poetices, & maxime, sine linguarum cognitio
ne, comode & feliciter, tractari possunt. Tum
fere fit, ut res, que in maximū cōtemptum ad
ductæ sunt, dictū factum, plurimi fieri incipi
ant, Quid multis moror? Quisquis nostrum
tēpus suum, quod studiis collocat, sumptus quos
facit, bene impensos cupit, aliquod studij ge
nus, cui tantū nō immori velit, proponat. Aus
distis optimi, cōdiscipuli, quenam preceptoris
mei, ut ex studiis, aliquam frugē, referamus,
sint consilia, Audistis in deligendo preceptore,
minime nobis supinis esse licere, Audistis quæ
nobis prestanda sunt, si in preceptorē idoneū
incidimus, Nempe ut, pijs erga deū simus, iux
ta artium, quarum nobis cognitio, ad stilum ex
ercendum pernecessaria est, studiosissimi exi
stamus, Audistis quenam artium sublimium
sint ornamenta, audistis cuilibet nostrum certā
quandā studij (ut ita dicam) familiam sequē
dam, si non oleum & operā, in studiis nostris
ludere velimus, Hæc consilia preceptoris mei
sunt, quæ si secuti fuerimus, breui futurū est, ut
studiorū nostrorum rationē optime reddere
queamus. Nam si bonorū consiliorum euentus

H ij foelicissimi

felicissim⁹ esse solet, & hæc cōsilia preceptoris
mei ad studia recte comparanda multo opti-
ma sunt, cui dubium esse potest, quin consilia,
quæ vobis rettuli diligēter secuti, in studijs no-
stris pgressus maximos experturi simus. No-
strū est curare, ne ex illorū numero esse videa-
mur, qui cū nō per se, quid rectum, quid pra-
uum sit intelligant, nec recte monenti obtem-
perare volunt, Quod genus hominū Hesiod⁹
ille Poeta insignis, in postrema hominū classe
numerat, immo vix hoīes esse iudicat, vt qui
nec sibi, nec alijs vtilis existant. Dixi.

Laus Christo.

ENCOMIUM TEMPORIS VERNI.

AD me qd' Iuuenū subito cōfluxerit igēs
Turba, mihi gratū ē, p̄placet atq; mihi,
Sed doleo mihi quod non sit facundia tanta,
Quantam in me vestrū quilibet esse putat.
At cum me nullus fastus, sed cura colendæ
Lingue in hec subito vasta theatra vocet.
Nō dubiū ē, quin me vos hic nūc q̄tq̄t adestis
Collaudaturi pollice vtroq; sitis.
Et ne vos qua de re nunc oratio sumpta est,
Suspendam, paucis, quicquid id est referā.
Temporis

Tēporis est animus iā laudes promere verni
Quo nullum nobis gratius esse solet.
An non est tēpus dignū quod laudib⁹ amplis
Ultra vel celos quilibet vsq; vehat?
Omnia que fuerant veluti demortua, rursus
Ad vitam, veris tempora leta vocant.
Tēpore iā multo patulis non frondib⁹ arbor
Floruit, Ast nūcnunc frondea tota viret.
Prata suo viridi caruerunt gramine prorsus.
Ast isto verno tempore gramen habēt.
Nulla seges multo iam tēpore creuit in agris.
Nunc segetes profert luxuriosus ager.
Hic triticum crescit, crescit feliciter illic
Far, hic stat granis feta siligo suis.
Tēpore iam longo non vinea protulit vras
Palmite iam multo vinea grata viret.
Vinea grata viret, subito emissura liquorem
Qui promptos animos letaq; corda parit.
O igitur quantis est tempus laudibus illud
Dignum, quod late viuere cuncta facit.
Cōmemorē qd nūc qd Christus tēpore vno.
In veterē voluit nos reparare statum?
Nam simul ac nitidi paradisi cultor Adam⁹.
Impia de vetitis polluit ora cibis.
Nō secus ac torrēs p̄ceps defertur in agros,
Pre rapido sternens impete cuncta suo.
H iij Impia

Impia sic A de labes, se fundit in omnes
Quos liquido genitos semine nutrit hum⁹.
Mox labem tetram diro mors excipit ore.
Penaq; peccati mors inopina venit.
Mille petunt hoies furui Cacodemōis artes.
Est hominū prorsus perdita Chara salus.
Sed Christus nostrā sortē miseratus acerbā.
In mundo ex pura virgine natus adest.
Nat⁹ adest mortē, quā nos merebamur adire
Vltro adit, in nostris seruit & ille malis.
Nec mora fit, victor, crudeli morte perempta
Mox viuus, valde res memoranda, redit.
Res memorāda redit verno sub tēpore viu⁹.
Perdita quę fuerant, iura reportat ouans,
Quę mortē intentant nobis, peccata coerces
Et nos e stygij vindicat ore lupi.
Et vitam æternam nobis dux ille reportat.
Et superi ciues nos cupit esse poli.
O tēpus dignū, quod plenis laudibus omnis.
Qui Christi sentit cōmoda, tollat homo.
Nec magis est vllum, fallor ni, temp⁹ amenū.
Quā quo mox veris nuncia hirundo venit.
Nūcia hirūdo venit, nidos structura sub ipis.
Tectis, & prolem crebra datura suam.
Tūc volucrū varijs resonat cōcentibus æther.
Tunc vario cantu frondea sylua strepit.
Hic

Hic recinit sese librans Galerita sub auras
Carmina, quis, n̄o ex pectore cura fugit.
Illic sub tectis latitans passerculus altis
Perstrepit, & pullos voce canente fouet.
Obstrepera hic Cornix cantu sine fine mōq;
Garrit & est pullis officiosa suis.
Illic nescio quem cantum modulata sub aura
Sepe nucum promit perstudiosa parix.
Ex gracili fundens perparua ficedula collo
Cantus, vult fungi & partibus ipsa suis.
Attollens vocē in syluis Philomela canoram
Inuolgat Terei facta pudenda mali.
Discolor & pulchra frīgill⁹ in arbore gaudēs.
Ordine depromit carmina longa suo.
Nūc audire licet resonare & Achātida dumos
Quid moror? est cātu sylua referta auiū.
Tēporis est v̄ni, dixi, vt, permagna voluptas.
Nec minor vtilitas temporis huius adest.
Tpe nā v̄no volucrū & pecudū agmīa multa
Effundunt foetus, res bene grata, suos.
Lasciuus tectis passer producit in altis
Foetus atq; illis officiosus adest.
Tēpore iam verno volitat sub tecta columba
Atq; operam pullis collocat ipsa suis.
Floribus ex varijs iam nectar nexilis expers.
Connubij aereum sedula fingit apis.

H iij Anxia

Anxia iam, pueros circū philomela tenellos
Et volat & dapibus, confouet vsq; bonis.
Nūc timidi lepores nullo terrore Molossi.
Perculsi in latebris pignora chara fouent.
Ardua nunc celeres tollentes cornua cerui
Conquirunt pueris pabula grata suis.
Num timidi damē veniunt in pascua leta
Atq; suis catulis pabula grata legunt.
Iam pecudes cuncte, diues quas sustinet orbis
Effundunt foetus, res bene grata, suos.
Effusos tollunt, homini ne desit in eum
Aut cib⁹ aut quod eū forte leuare queat.
Quis nunc non sentit, q̄ nobis vtile sempus
Sit vernū, quāq; hęc cōmoda multa ferat.
Ast agite, an non est hoc veris tēpus amenum
Vt quod tam nobis multa iocunda parit?
Si quando est, aliquis curis oppressus iniquis,
Et nubes torua pellere fronte cupit.
Tēpore mox illo redolentia prata subintrat.
Floribus & viridi in cespite oberrat ouās.
O quā vel celeri sub puncto temporis amplæ
Luminibus nostris conspiciuntur opes.
Mox hic purpureis perbella rosaria vernant
Floribus, hic nitide pinguis caltha virent.
Molliter hic viole spirant, hic fundit Achant⁹
Fronde, quę nullo tempore depereunt.
Hic

Hic ferrugineos mittit flores Hiacynthus.
Hic Thym⁹, hic viridi surgit Amell⁹ hūo.
Hic salices canēt, hic stant, humilesq; genistæ
Sub celum crines æsculus illic agit.
Hic fagus latam prebet recubantibus vmbra
Hic stat fondosis quercus operta comis.
Illic virgultis vires, amplis Betula & illic
Emittit baccas, ornus amena suas. (los,
Per tenues crepitās, liqda hic fluit vnda lapis
Et gratum fesso dat sonitū vnda loquax.
Illic nūc volucres patulis sub frondibus herēt
Et cantu fallunt tempora longa suo.
Iam licet in pratis, vnctos saltare per vtres
Tedia iam cursu fallere sepe licet.
Iam licet & tenues discum iactare sub auras.
Plumigeris licet & tendere rete auibus.
Omnibus his rebus, vernū quas parturit istud
Tempus, nunquid homo se recreare pōt?
Se recreare potest curis lassatus iniquis.
Quid moror? his rebus tedia cūcta abeūt.
Audistis q̄ sit vernale hoc tempus amenum
Sermonis nunc est meta tenenda mihi.
Est vernū tēpus multū vtile, tēpus amenū est.
Tam cito sed fugit hīc q̄ cito adesse solet.
Quare vos iuuenes rationē ætatis habite
Vernantis, ceu ver diffuit, illa fugit
H v Tēpore

Tempore non vlllo volucris reparabitur etas •
Vos ergo etatis maxima cura premat .
DIXI.

PAEDAGOGIA CHRISTIANA
EX DVOBVS PAVLI LO-
cis sumpta , & in gratiam cuius-
dam amici diligenter , a Chri-
stophoro Hegendorphino
explicata .



NON ita pridem, mi charissime Io-
annes, accepi abs te literas, in qui-
bus me pro nostra, quæ mihi a pu-
ero tecum fuit amicicia, oras, vt
quãdo, de^o optim^o max. tibi filios
duos ex vxore tua dederit, rationem quandã
eos recte iuxta pie instituendi, præscribã, Ego,
vt hoc quod a me oras, nõ possum nõ pbare,
Quis em nõ laudet, patrem, de filiis recte &
pie instituendis, adeo sollicitum esse? Ita mira-
ri non possum, te id a me petere, quod ego po-
tius a te petere deberem, Nam dum mecũ co-
gito etatem tuam qua nõ parum, me pcedis,
dum reputo te varia lustrasse loca, nõ, vt mi-
hi videtur, vt pecuniam perderes, sed vt & ti-
bi ppi recte viuendi institutum cõparares, & li-
beris

beris tuis, quænam optima sit vitæ ratio, com-
mōstrare posses, dum inquam hec mecū repu-
to, miror quænam, id quod domi tuæ habes a
me scire petas. Sed quid agam? quando tu fi-
nem mihi instandi, vt id quod a me oras, effe-
ctum reddam, nō facis, Ego, vt tandem te ab-
soluam, paucis, quæ mihi optima videtur in-
stituendi pueros ratio, nō docēdi quidem stu-
dio, Quid em̄ sus Mineruā? sed tibi obsequē-
di studio cōmōstrabo. Caue vero existimes, te
ex me hic auditurū, quæ vel grauiſſimus, &
orator & philosophus, Plutarchus, in libro de
puerorū educatiōe scribit, vel Aristoteles i Po-
liticis tradit, Ea, quum & tibi antehac melius
quam vngues tui perspecta sint, & ab alijs nō
raro ostensa, in presentia, ne verbo quidē repe-
tam, a me tibi factum satis esse putabo, si quo
modo Paulus Apostolus a patribus liberos
educari & institui velit ostendero, Sic vero
inquit Paulus ad Ephe. vi. Patres, ne ad ira-
cundiam puocate liberos vestros, sed enutris-
te eos in disciplina, & admonitiōe domini, Ad
Coloss. iij. Patres, ne rixamini cum liberis ve-
stris, vt ne animum despondeant. In his duo-
bus locis, Paulus, miro cōpendio totam Pæda-
gogiam, id est puerorū educationē & institu-
tionē

tionem cōplexus est, Sed vt ea, quæ Paulus
admodum cōtracte dixit, recte intelligantur,
paululum copiosius exponemus. Paul⁹ primo
dicit patres partim ostendens ad patres pprie
pertinere, vt liberi recte instituantur, partim
illa appellatione patres ad curam rectæ institu
tionis liberorum exstimulans. Quid enim
iucundius esse potest, quam domi suæ habere
liberos, qui lingua blandula & balbuciente, te
patrem, subinde appellitent? Ecquod vero
patris nomine augustius, ecquod sublimius
est? Nam quum patris nomen, peculiariter
deo nostro congruat, non tantum, q̄ omnes
homines procreat, sed & q̄ nos omnes, quos
procreat, liberaliter enutrit, vnde & illud est
Christi dictum, vnus est pater, Quod nomē
augustius, Quod sublimius, hoībus dari pos
sit, quā qd̄ homines illius, qui p̄ducit oīa, qui
alit oīa, qui conseruat oīa, nomine ornantur?
Sublimitatem noīs patris, etiā antiquitas quō
dam declarauit, dū, viros, a qb⁹ respub. seruata
fuit, patres priæ appellat. Et Romulus, prim⁹
Romanorū Rex cū cētū viros elegisset, quos
rū consilio, industria opera, respub. gubernari
deberet, eos patres, honoris, vt inquit Li
nius

uius Historicus ille nobilis, gratia, noīauit. **Ac**
cedit huc, q̄ deus opt. max. In patres tantos
adfectus erga liberos transfundit, vt in terris
nullus amor sincerior, ardentior, maior, cōpe-
riatur, quā est amor patrū erga liberos. Qua
in re q̄d opus est exēplis, cū nemo nō, cui pas-
tris, nomē est, in seip̄o experiat, Quanta bene-
uolentia, quanto adfectu liberos prosequatur,
Greci, amorē illū, quo patres erga liberos in-
flāmantur philostorgia appellāt, qua in re etiā
declaratur bñuolentiā patrum in liberos tan-
tam esse, vt priuo q̄dam vocabulo, designan-
da fuerit, de qua φιλοστοργία ita Lucianus in
Encomio patriæ scribit, verba eius a nobis
vtcūq; latina facta sunt, Neq; pater filij cura
abiecta, alium iuuenem amore p̄sequi potest,
sed patres, patrio amore victi tantum filijs tri-
buūt, vt ip̄is om̄ibus, filij venustate, & magni-
tudine, longe alios p̄cedere, ac rebus om̄ib⁹ op-
time exornati appareant. Qui vero non ita
de filio suo iudicat, is mihi nō patris oculos ha-
bere videtur, hec ille, Dum igitur Paulus, pa-
tres dicit, nomine iucūdo. augusto, amoris in-
effabilis plenissimo vsus est, vt ip̄o nomine pa-
tres, ad recte īstituendos liberos puocet. Qua
si diceret, vos homines quibus a deo nomen
amabile

amabile, adeo diuinū, adeo amoris ardentissimū plenū cōcessum est, sic vt vos admoneo, liberos v̄ros educate, institute, & sequitur, ne ad iracundiam puocate liberos vestros, hoc est, ne duriter, ne īmisericorditer, inclementer, filios v̄ros tractate, & eos vobis iratos reddite, Cogitate vos patres esse, hoc est, q̄, dei gratia vos liberos v̄ros sustuleritis, proinde, clementer, misericordit̄ cū illis agite, vt vos amare potius, q̄ metuere, colere quā odisse, cōdiscant. An non v̄o, videmus, quā tenere, quā beneuole anīalia bruta partus suos, tractent instituantq̄? Vrsi bestię fere, cū candidā & informē carunculā sine oculis, sine pilo vnguīb⁹ tantū p̄minentib⁹ effundant, Hanc langendo paulatim figurant, Cerui editos partus, quam possunt tenerrime exercent cursu, & fugam meditari docent, ad p̄rupta ducunt, saltū demonstrant, At si anīalia, quib⁹ nulla est rationis portio, fetus suos adeo benigne & liberaliter tractant, adeo hūaniter instituūt, equur nō etiam hoīes, quibus tantus est sensuum vigor, tanta est intelligendi acies, tanta rationis facultas, & liberos suos hūaniter, ad id qd̄ rectū est instituerint? Chremes Therencianus in heayton, Cliniā filium Menedemi duri
&

& agręstis patris, satis obsequentē esse, dicit,
si quis recte & cōmode tractaret, an non &
hodie, non parę multi liberi, sūt qui om̄ia, quę
prestare deberent, sedulo p̄starent, si a patri-
bus & recte cōmode instituerentur? At dum
vi & via peruolgata patrum liberi tractantur,
quottidię duriter accusantur, quottidię incle-
menter verberantur, fit, vt tantisper, quod eos-
rum requirit officium faciant, dum patres, ad
sini, qui vbi tergum, vt dicitur, vertunt, ad mo-
res & ingenia redeunt, Hinc est memorabilis
vox, Mitionis apud Comicum, pudore, &
liberalitate liberos retinere, facius esse credo
quā metu, nec ita multo post, rationē sententię
suę reddit, Malo coactus, qui suū officium fa-
cit, dum id rescitum iri credit, tantisper cauet,
si sperat fore clam, rursus ad ingenium redit.
Ille, quem beneficio adiungas, ex animo fas-
cit, studet par referre, pręsens, absensq; idem
erit. Hoc patiū est, potius cōsuefacere filiū sua
spōte recte facere, quā alieno metu, reliquanō
ignoras. En hic Micio in Comediā, quę vitę
rectę cōponendę exēplū est, imanitatē pa-
trū, prouocantiū liberos ad iram, non probat,
immovult, vt potius liberali quadā institu-
tiōe educent iuuentus, quā imani quodā metu,
Hęc

Hæc retuli, vt videas, quod Paulus in puerorum educatione obseruandum esse monet, etiam naturam nos docere, etiam a ratione humana, e qua Micionis Comici sententia pfecta est: comprobari. Cur vero liberi liberaliter potius, quã duriter & seueriter educandi sint Paulus ad Colloss. rationem exponit, ne despondeant animum, id est finem vitæ sibi proponant, iam inquit Aplus, Ideo, liberos vestros humaniter potius quam crudeliter tractate, ne ex vestra crudelitate, animi iuuenilis vigor prorsus deprimatur. Et quod extremum est, ne in insaniam nescio quam conuersi liberi, sibiipsis mortem consciscant, Nam vt plantæ teneriores & generosiores, si plus iusto, falce dura premuntur, omnem natium succum emittunt, & depereunt, sic animi liberorum generosi, duris parentum obiurgationibus, immanibus verberibus, fracti, quidquid natium vigoris in se habent deperdunt. Tum non raro auditum est, & etiam auditur, liberos, se uicium patrum, veritos, aut ultro nemini exilium sibi consciscuisse, aut in militiam profectos, se ultro iugulandos exposuisse. Terentius sane, in quo exempla vitæ quottidiane, egregia proponuntur, Clitiam adulescentem, obiurgationibus assiduis victum

ctum, in miliciam abiisse scribit, & non diu est
quod iuuenis quidam, patris, immani seuitia, vt
narrabatur, adactus, se ad laquear suspendit,
Et etiam nū frequenter a plerisque liberis, vtri-
usque sexus, audio, prius aut in solitudinem con-
cedau, inedia vitam finiturus, aut me laqueo
strangulabo, quam me a patre quottidæ &
verbis durissimis impeti, & verberibus cru-
delissimis cedi paciar, At hic inquires, Ergo li-
beros nostros a nobis, nec obiurgari, nec vir-
gis cedi debere prorsus vis? Amice audi, quid
dicam: immo audi, quid Paulus dicat, obiur-
gandos esse liberos aliquando, etiam virgis ce-
dendos esse liberos, quis sane mentis homo p-
hibeat: sed & in obiurgatione, & pœna modus
seruandus est. Nam audi quod & Cicero in libro
Officiorum primo dicat, obiurgationes etiā non-
nūquam incidunt necessarie, in quibus vtendum
est fortasse & vocis contentione maiore, & v-
borum grauitate acriore, id agendū etiam, vt
ea facere videamur irati, sed vt ad vrendū, &
secandū medici sic ad hoc genus castigandi ra-
ro inuitique veniemus, nec vnquam nisi necessa-
rio, si nulla reperietur alia medicina, Sed tamē
ira procul absit, cum qua nihil recte fieri, nihil
cōsiderate potest, Magna autē parte clementi
I castiga

castigatiōe, licet vti, grauitate tamen adiūcta,
vt seueritas retineatur, & cōtumelia repellat̃.
Hactenus Ciceronis verba retulim⁹, quę quā
uis ad omnes, qui obiurgare iuxta castigare ali
os volunt, dicta sunt, tamen non inepte patri
bus ppriæ dicta esse videri possunt, vt in casti
gandis liberis, & modum seruent, & sedulo ca
ueant, ne quēadmodū Paulus noster dicit, libe
ri, seuitia illorum compulsi, animū desponde
ant. Paulus, ne liberis pro libidine sua, viuen
di sit licentia, mox patres, docet, quonam pa
cto liberos educare queant, vt & patres suo
fungantur officio, Et liberi recte & pie
viuant, Sic vero inquit, sed enutrite li
beros in disciplina & admonitione domini, In
Greco est εν παιδεία και νοθεσιᾶ κυριου,
παιδεία Grecis significat eruditionem institur
tionemq; in bonas artes, quibus pueri etiā ex
colendi sunt, hoc loco vero dicit Paulus, libe
ros enutriendos in eruditione & institutione
domini, hoc est, vt liberi nostri ab ineunte æta
te, in dei cognitione & timore enutriantur, At
Deū cognoscere, quid aliud est, quam certo
sentire Deū & in peccata nostra grauiter ani
aduertere, & iram dei valde extimescere, Tū
in ip̃o, q̃ aiunt, pectore sentire. Deum, propter
Ch̃m

Christum σωτήρα ἡμῶν nobis peccatorum
gratiam facere, nos quasi in clientelam recipe
re, suo spiritu, ne alicubi impingamus, dirige
re, a periculis vindicare, Quod autē in his re
bus dei cognitio vertitur, vel vnus Hieremiæ
locus capite. ix. cōprobat, verba pphetæ sunt
In hoc, gloriatur vir nosse me, quod sum do
minus faciens misericordiam & iudiciū & iu
sticiam in terra, hec ille. Dum sic liberi nostri
deū cognoscunt, suapte sponte peccata fugi
unt, suapte sponte, quæ eorum partes sunt, pre
stant, Atq; hic vtile est, liberis inculcare, quo
modo, deus iam impietatē punierit, iam in re
bellionē liberorū aduersus parentes animad
uerterit, iam in scortationem, iam in alia scele
ra graūiter destomachus sit, Quibus exem
plis citius liberos a sceleribus illis absterrebi
mus, quam si millies, eos in terram prostratos,
pedibus, vt aliquādo fit, obteramus, Nam cū
omnis ætatis homīnes, tum maxime pueri, ma
lis aliorū, a peccatis deterrentur, vbi autē iam
liberos ad timorem dei satis instituimus, reli
quū est, vt quibus in rebus, vita Christiana vs
tatur, eos doceamus. vitæ vero Christianæ
partes sunt, duæ, fides & charitas, fides quidē,
exigit, vt deo in oībus fidamus, vt salutis no
stræ

stræ proram & puppim, qđ aiunt, in Christo
Ihesu ponamus, Atq; hic, animus puerorū cer
tis scripturis muniēdus est, vt his in rebus nō
hesitet, Charitas v̄o exigit, vt de pximo bene
mereamur, operibus bonis vacemus, ad erudi
tionem domini, de qua Paulus, hic loquitur,
etiam pertinet, vt pueros orare doceamus,
Nam sic quidnam & a Deo petendum sit, &
quam omnes res a deo accipiamus, docebun
tur, ad eruditionem domini, faciet, vt pueri de
cem præcepta, & teneant, & recte intelligant.
Etem ex ijs, & quid Deus a nobis exigit, &
quid pximo debeatur, ceu ex promptissimo
penario deproment, Huc pertinet & pædago
gia Solomonis, quæ præter morum Civiliū p̄
cepta, de fide, charitate, spe erga deum paracle
ses plurimas tradit, Et quis potest omnia enu
merare, quæ Paulus hic sub τῆ παίδια κυρίου
complectitur: paucula quedam tibi recensui,
vt ex ijs, ceu indicibus, aliarum rerum, quæ ad
eruditionē, domini spectant, admonearis præ
ter, eruditionē domini, quæ liberis tradenda ē,
Paulus vult, vt liberi, etiam in admonitiōe do
mini, educantur, In Græco est *νοθεσια*, quæ
grecis significat, monitionem, cū pena adhibe
tur castigandi atq; emendandi gratia, vt is
qui

qui fortuito deliquit, attentior fiat certiorq; .
της νοουθεσιας etiam Plato in Gorgia memor
est, Paulus igitur hic, primo sic intelligi potest
liberos in admonitiōe domini, enutriendos,
hoc est, quemadmodū, deus, dñs noster sepe
fortuito peccantes punit, non vt pereāt, nō vt
pessum eant, Sed vt attentiores & correctio
res, fiant, Iuxta illud filium quem diligit, corripi
pit, & illud, nolo mortem peccatoris, Ita pa
tres quoq; liberos suos, si ab officijs suis forte
discesserint, punient, Non vt eos animum de
spōdere faciant, Non vt extinguant, sed vt ad
frugem meliorē reducant. Deinde possumus
& Paulū ita accipere, liberos in admonitione
domini, enutriendos, hoc est admonendos, vt
ea quæ de deo a nobis audierint, factis ip̄is p̄
stent, Nimirū, quando, deū grauiter peccatis
succensere didicerint, iram dei horrendam esse
audierint, a peccatis sibi temperent, iram dei
metuant, vt quod maxime, Tum quando de
us, hęc atq; alia peccata, in alijs tam duriter pu
nierit, illis cauendum, ne eadem pena, ob pec
cata eadem a deo mulctentur, atq; hic liberorū
auribus inculcemus versus illos Prudētij, per
inde elegantes, ac pios.

Speculator adstat desuper

I iij

Qui

Qui nos diebus omnibus,
Actusq; nostros prospicit.
A luce prima in vesperum,
Hic testis, hic est arbiter.
Hic intuetur quidquid est.
Humana quod mens concipit
Hunc nemo fallat iudicem.

Hæc ille, Tū admonebimus liberos crebro ut
se morigeros nobis patribus, Pædagogis, mo-
destos, erga maiores natu p̄beant, admonebi-
mus liberos ad alia, quæ & pia, & honesta
erunt, ita sane futurum est, ut dum monemus
minus verberibus sit locus, minus iræ nostræ
frena laxentur, minus quod nobis est indignū,
prestemus, exemplū enutricationis, liberorū
quā Paulus a patribus exigit, habes ī Thobia,
qui ita filium suū alloquitur, Cum acceperit
Deus animam meam, corpus meum sepeli, &
honorem habebis matri tuæ, omnibus diebus
vitæ eius, omnibus autē diebus vitæ tuæ, in
mente habeto Deum, Et caue, ne aliquando
peccato consencias, & prætermittas præcepta
domini Dei nostri, Ex substantia tua fac elee-
mosynam, & noli auertere faciē tuam ab vllō
paupere, Ita enim fiet, ut nec a te auertatur fa-
cies domini. Attende tibi fili ab omni forni-
catio

catiōe, & præter vxorē tuam nunq̄ paciariis
crimē scire, Superbiam nunq̄ in tuo sensu,
aut in tuo verbo dominari permittas, in ipsa
em̄ inīciū sumpsit omnis perditio, quod ab
alio audieris tibi fieri, caue, ne tu aliquando al
teri facias, panem tuum cū esuriētibus, & ege
nis comede, & de vestimentis tuis nudū tege.
Omni tēpore benedic dominū, & pete ab eo
vias tuas dirigat, & omnia consilia tua in ip̄o
permaneant, Noli timere fili mi, pauperē quis
dem vitam gerimus, sed multa bona habebim
us, si timuerimus Deum, & recesserimus ab
omni peccato, & fecerimus bene. An non mi
amice, illud est, εν παιδεία καὶ ὑποθεσίᾳ κυρίου
filium educare? At ne tu fortassis amice mi,
dubitare queas, an, illa educatio, liberorum, a
Deo tibi præcepta sit, nolo te latere, Deū tam
velle, vt parētes, liberos recte educent, quam
velit vt liberi, parētes, colant, Nam audis quid
hic Paulus, dicat, vos patres enutrite liberos,
Dum autē Paulus precipit, deum præcipere,
crede, siquidem Paulus, organum est, per qd̄
Deus suam voluntatē, nobis declarat, deū vel
le, vt liberi recte educentur, Heli arguit, qui
magnis malis a deo, cum tota stirpe adficitur,
quod cū filios, improbe viuere sciret, non eos

I iij

corripuis

corripuisset, Tum quando, deus tam serio liberis præcipit, vt parentes honore psequatur, quis dubitat, quin etiam parentibus, vt educatione, liberorum, se non illo honore indignos, ostendant, præceperit, Ad hæc, quum Deus naturæ omnium animantium Inseuerit, vt foetus, quos, quodq; produxit, educet, homini quoq; natura insitum esse, quis negare potest, vt liberos, quos Dei bñficio accepit, enutriet, non quidem neglecte, sed summo studio, summa cura, Nam si colonus, cui ager colendus ab hero commissus est, omnem dat operam, vt culturę faciat satis, quanto plus operæ impēdēt parentes, vt liberi, ad Dei imaginem exsculpti, etiam atq; etiam excolant. Ex his, opinor, intelligis, Deum serio velle, vt parentes, liberos suos, quam possunt, diligentissime excolant, educentq;. En habes, qua ratione, Paulus liberos a parentibus educari velit, quā rationem tibi verbosius, quam fortasse voluisti explicauit, sed quid agerem? quando a me rationem educandi liberos habere volebas, Ea, quæ Paulus hac de re præcipit, copiosius tractauit, vt tibi facerem satis, Vale
Quomō

QVOMODO ADOLESCENS STV
DIOSVS SE GERERE DE
BEAT QVVM MANE
SVRGIT.



VVM ADOLESCENS LI
teris deditus mane e lecto vult
surgere, se signo Crucis muniat,
& diem auspicietur, in nomine pa
tris, & filij & spiritus sancti, De
inde quum e lecto surrexerit, vel Dominicam
orationem ex intimo adfectu oret, vel dicat,
Domine Pater celestis, gratias tibi ago, quod
me hac nocte ab omniũ malorum, que nos cir
cũstant, impetu & insultu defendisti, oro cle
mentiam tuam, vt & hoc die me a malis om
nibus defendas, & me sanum & incolumen
esse sinas, per ipsum Christum Dominum no
strum, in quo te nobis nihil non certo daturũ
esse in scripturis tuis sanctis promisisti, Amẽ.
Postremo vbi iam adolescens indutus est, &
faciem aqua pura puta lauit, studia aditu
rus rursus vel stans, vel in genua procum
bens oret, aut Dominicam orationem, qua
nulla est Deo patri graciosior, vt quæ ab illo est
profecta, in quo patri est, cõplacitum, aut di
I v cat

cat hoc modo, Domine pater celestis clementissime, qui voluisti, vt literis bonis operam nauarem, oro clementiam tuam, vt spiritū sanctum tuum in pectus meum immittas, qui & in me intelligentiam eorum, quę lego, excitet, & prestet, vt felicem in literis bonis operam ponam, & mea studia ad tuam solam gloriam, & ad iuuandam ecclesiam tuā sanctam referam, per Christum Ihesum dominum nostrū. Amen. Post hanc vel aliam, quā adfectū pius suggesserit Orationem, adolescens alacriter studia adeat, non dubitans, quia Deus, eius studia propter Ihesum Christum, in quo nobis negare potest nihil, egregiæ fortunaturus sit.

QVOS SCRIPTVRARVM SANCTARUM locos Iuuenis studiosus subinde secum reputare, & in ore habere debeat.

Inter alios scripturæ sanctæ locos, Iuuenis studiosus subinde secum reputet, & in ore habeat illos, quos subiungam.

I. Ioannis tertio. Sicut Moses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis, vt omnis, qui credit in eum non pereat, sed habeat vitam æternam.

Marci

2. Marci ultimo, qui crediderit & baptifatus fuerit, hic saluus erit, qui vero non crediderit, condemnabitur.

3. Ad Romanos quarto. Christus traditus fuit propter peccata nostra, & excitatus est propter iustificationem nostri.

4. 1. Ad Corinthios. 1. Ihesus Christus factus nobis fuit sapientia a Deo, iusticia, & sanctificatio & redemptio.

5. Fundamentum aliud nemo potest ponere, preter hoc quod positum est, quod est Christus.

6. Ad Galatas sexto, Quicumque baptifati estis, Christum induistis.

7. Ad Galatas secundo, Si per legem iusticia, Christus frustra mortuus est.

8. Ad Romanos decimotercio, Nemini quicquam debeatis, nisi hoc, vt inuicem diligatis. Nam qui diligit alterum, legem expleuit.

9. Primo ad Corinthios. xiiij. Si linguis hominum loquar, charitatem autem non habeam, factus sum sicut aes resonans, & cymbalum tinniens.

10. Ad Colossios. tercio. Filij obedite parentibus in omnibus, hoc enim placet domino.

11. Ad Ephesios quarto, Omnis sermo spurcus

CUS

cus ex ore vestro ne procedat, sed si quis est bonus ad edificationē. omnis amarulentia, & tumor, & ira, & vociferatio, & maledicētia tollatur a vobis cum omni malicia.

12. primo ad Corint. sexto, Fugite scortationem, Omne peccatum quodcūq; fecerit homo, extra corpus est, Sed qui scortatur, in proprium corpus peccat.

13. Ad Hebreos .xiiij. Honorabile est inter omnes coniugium & cubile impollutum, Scortatores autem & adulteros iudicabit Deus. Sint mores alieni ab auaricia, contenti his quæ adsunt, siquidem ipse dicit. Non te desero, neq; derelinquo, vt fidentes dicamus. Dominus mihi auxiliator, nec timebo quid faciat mihi homo.

14. Ioannis. xvi. Petite & accipietis, vt gaudium vestrum sit perfectum.

15. Prima Petri secūdo, Subditi estote cuius humanae creaturae, propter dominum, siue regi tanquam precellenti, siue presidibus, vt qui per eum mittantur, ad vindictam quidem nocentum, laudem vero bene agentium.

16. Iacobi primo, si cui vestrum deest sapientia, postulet ab eo qui dat, nempe Deo, qui dat inquam omnibus simpliciter, nec impropere, ac dabi

ac dabitur ei. Sed postulet cum fiducia, nihil hesitans.

17. Prouerbiorū tertio, & ad Hebreos, xij. Fili mi, ne neglexeris correptionem Domini, neque deficias cum ab eo argueris, Quem enim diligit Dominus corripit, flagellat autem omnem filium, quem recipit.

MENDAS ITA CORRIGE.

In Epistola prefatoria, pro transemiam, lege transfennam.

In exemplo vituperij personæ post hæc verba, fieri solet, sequi debet, arte.

In. b. in fronte pro animo non ferremus, lege ferimus, & pro animū despoderemus, lege despondemus.

In. b. in tergo, pro omni factis quæ, lege facis quod omni.

In. c. ij. in fronte, pro monetamus, lege monemus, & in tergo, pro quam illo, lege illud.

In. c. iij. In fronte, pro indulgas, lege indulges, & in tergo in versu Prudentij, pro seruū est, lege serum.

In. c. quinto, in fronte, pro ad petitoria, lege petitoriam, & pro epistorū, lege epistolæ.

In ratione accusandi, pro propositione, lege

pro

propositionem *

In. d. i. in tergo, pro iniunctiua, lege in inue
ctiua.

In. d. quinto, in tergo, p cū heri ad te lege a te,
& p quam est, lege quantus est. Et pro proxi
mū quēadmodū, lege proximū quemq;

Et folio sexto eiusdē literæ in fronte, p ageret
videretur, lege agere, & pro de aliqua fama le
ge aliquo, & pro nos omnia, lege, & nos & oia
In folio, viij. eiusdem literæ in fronte, pro qua
nuper accidit, lege, quæ.

In tergo, p ego cū, lege & ego.

In. e. iij. in fronte, p apud Cicerone, lege Cice
ronem.

In. e. iij. in tergo, p ab te, lege abs te, & post p
ditis viris sequi debet, p̄clare.

In. e. v. pro cū maiora fortuna, lege maiori.

In p̄ceptiōibus de cōpositiōe orationis, in frō
te, p solutam esse orationi, lege orationem.

In. g. p̄rio in fronte p venerare deo. lego deos
& pro sacra refers, lege refer.

In folio, viij. literæ. h. in fronte, p & recte cō
mode, lege recte & cōmode. Et in tergo pro
liber sibi p̄pis, lege liberi, & p vltro nemini, lege
vltro neum.

Lipsiæ procudebat Michael Plum

Anno, M. D. XXXI.

Non bene uacatis celestia munda gaudent
sed qui prestanda est sine teste fide

Qui in Epistola

Si mihi diffidit formam uam uia reparat
Ingenio formis Quam uoluptate uixit
Qui:

Curpe quidem dicitur sed si modo uera fatemur
Vulgi ammiratio uoluntate probat
Propertius 4. 12. elegia

Prorsus in uicis uicibus est quod uisat auarum
Hic modo si sapias quod uicibus esse uis

Qui:


Pascitur in uicibus linum post fata quiescit
Tunc siq. ex merito quousq. memur honos

Qui:

Optima puma sine manibus rapimur auarum
Impugnare uicibus detestoria sunt


Qui:

Pertoribus mores tot sunt quot in orbis figuris
Qui sapit imminentis moribus aptus erit



Handwritten text at the top of the page, possibly a title or header, including the words "Litterae" and "Litterarum".

Handwritten letters and characters, including a large initial 'A' followed by 'a', 'b', 'c', 'd', 'e', 'f', 'g', 'h', 'i', 'k', 'l', 'm', 'n', 'o', 'p', 'q', 'r', 's', 't', 'u', 'v', 'w', 'x', 'y', 'z'.



153246

X 2203685

dom dom
mij u iuu
naa Ra
ueta a

theopshn
trare domu
ano est g
hensa est
pbat mlti





ad samuoy u a
menumb w a
kdy u u u u u
quas ub ipm ra
ner una ibi apparu
w ayndy usi om
noze bo rpartre n
car. mente sancta
ponetur tabulam.
et mensa posita ad



optimum d'impeto
nas et. quous n es la
ta ad mort. r omne
vo suspendi. Et tunc
Et hoc dicitur. Et
re in terra. Et cop
salua p'ramen
dixit. Et tunc
nunt. Et tunc
qua mactat.

omnes
Et tunc
art. Bo
qua
dicitur
Et tunc
Et tunc
Et tunc
Et tunc
Et tunc




COMPEN
 DIARIA CONSCRIBENDARUM
 EPISTOLARVM RATIO IN
 gratiam adolescentum studiosorum à
CHRISTOPHORO Hegen-
 dorphino & cōscripta & recens
 edita.

ADLECTOREM.

Illa damus rudibus, doctos nihil illa iuuabūt.
 Si rudibus profum, meta peracta mea est.

LIPSIAE, ANNO
M. D. XXXI.

